MASTER
NEGATIVE
NO. 93-81601-19

AUTHOR:

DEITERS, PAUL

TITLE:

DE CRETENSIUM TITULIS PUBLICIS...

PLACE:

IENAE

DATE:

1904

Master Negative #

93-81601-19

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Deiters, Paul, 1872-
De Cretensium titulis publicis quaestiones epigraphicae. Dissertatio...quam...defendet scriptor Paulus Deiters... Ienae, Pohle, 1904.
54 p. 22½ cm.

Thesis, Bonn, 1904.



Volume of pamphlets

90025

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 7/23/93 INITIALS F.C.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT





AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910


301/587-8202





Centimeter



Inches



MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

DE CRETENSIUM TITULIS PUBLICIS QUAESTIONES EPIGRAPHICAE

DISSERTATIO PHILOLOGA QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE IMPETRANDOS AMPLISSIMO IN UNIVERSITATE FRIDERICIA GUILELMIA RHENANA PHILOSOPHORUM ORDINI TRADITAM UNA CUM SENTENTIIS CONTROVERSIS DIE XVIII MENSIS MAII ANNI MDCCCCIV HORA XII PUBLICE DEFENDET SCRIPTOR

PAULUS DEITERS
RHENANUS

ADVERSARII ERUNT
FRANCISCUS HESTER
OLIVERUS WASHBURN
FRIDERICUS WEEGE

IENAE
TYPIS HERMANNI POHLE
MDCCCCIV

AUGUSTO BRINKMANN

FRANCISCO BUECHELER

ANTONIO ELTER

HERMANNO USENER

I. Praefatio.

De titulorum Creticorum syllogis manuscriptis.

Augustus Boeckh in Corporis inscriptionum Graecarum sectione 'Creta' (vol. II p. 397 sq.) praeter inscriptionum syllogas typis expressas nonnullos enumerat libros manuscriptos, unde sumpserit titulos Creticos. Neque tamen hos libros ipse inspexit, sed ex iis tantum habet titulos aut forte fortuna ab aliis sibi missos aut prelo iam antea mandatos, et quidem hosce:

E codice Cyriaci Anconitani Vaticano 5237 habet titulos n. 2567, 2574, 2581, 2584 depromptos ex Ioh. Bapt. Donii Inscriptionibus antiquis (Florent. 1731) et ex Flam. Cornelii libro 'Creta Sacra' (Venet. 1755). Ea quoque quam exhibet 'vacuum folium vetustum' bibl. Marcianae (v. Boeckhii adn.) recensio tituli 2584 e Cyriaco derivata est.

E cod. bibl. Lollinianae habet n. 2566 (e Donio I 37) et 2570 (Don. II 72).

Vaticanus 1759 decem ei suppeditavit titulos, quos ex Cornelio (l. l.) adfert (cf. tabulam p. 12). Quod autem ad n. 2555 laudat Vaticanum 1754 ex Cornelio, hic numerus typographi errore pro 1759 positus est[1]). — Eundem titulum 2555 ex cod. Monac. Victoriano 27 ei misit Spengel.

Titulos signatos lemmate „ex Honorii Belli schedis" omnes ex Grutero deprompsit (v. tab. p. 12).

Ipsi illi tituli a Venetis olim exscripti et collecti hodie omnes fere aut perierunt aut latent et inde a Boeckhio ex CIG quasi ex archetypo in usum vocari solent. Ne Fridericus quidem Blass,

1) v. Ziebarth Mus. Rhen. 54 p. 490.

qui nuper Creticae dialecti monumenta colligenda curavit[1]), de horum memoria quaesivit, cum plurimi eorum recentioris aetatis sint ac sermone volgari utantur. Sed adparet Boeckhium ipsorum codicum ordinis non satis habuisse rationem, suoque iure monet E. Ziebarth (l. l.), qui primus in hanc rem adcuratius inquisivit, harum inscriptionum in libris mss. integras exhiberi series, id quod e Boeckhii adnotationibus cognosci nequeat. Praeterea inde a Boeckhio multi innotuerunt alii codices titulos Creticos continentes. Itaque ut adparatui critico idoneum substruatur fundamentum, quae ratio intercedat inter has titulorum Creticorum syllogas mss. investigandum erit; quod quamvis nisi ipsis codicibus inspectis ad finem perduci nequeat, tamen aliquantum nos puto porro progredi posse.

Atque qui primus cum alias Graecas tum Creticas collegit inscriptiones CYRIACUS ANCONITANUS in Creta versabatur circa annum 1445[2]). Hucusque „praeter *Cretae insulae descriptionem* cod. Laurent. plut. 29 n. 42, quam Cyriaco tribuit Mehus (Ambros. Travers. praef. p. XXV) exstant ex ipsorum Cyriaci commentariorum codice membranaceo nisi autographo, certe pleno avulsa folia olim notata numeris 137—143, hodie inserta libro Manutiano Vaticano 5237 signataque ibi f. 513—521“[3]), quae continent Cyriaci quattuor illos titulos Cretenses. Ordinem eorum ac lemmata exhibet Ziebarth Mus. Rhen. 54 p. 488. Sed deest in Vaticano praeter unicum titulum latinum, quem ex Creta rettulit Cyriacus (CIL III, I n. 5), Graecus quoque CIG 2569, quem una cum illo Cyriaci compilatores (Redianus Lilius Tyfernus Felicianus) exhibent atque Cyriaco nominatim acceptum refert cod. Gammari Stuttgart. f. 112 a Peutingero descriptus[4]). Denique in cod. ms. philol. Hamburg. 253 (cod. Langer-

1) v. Griech. Dial.-Inschr. III 2, 3 p. 225—423: Die kretischen Inschriften, bearb. v. F. Blass (1904). — Hanc dissertationem ante Blassi librum editum conscriptam ampl. philosophorum ordini Bonnensium tradideram mense Iulio anni MDCCCCIII.

2) De Cyriaci memoria v. Th. Mommsen CIL III, I (1873) p. 3.

3) Mommsen l. l.

4) Mommsen l. l. II p. 967 ad n. 5. Minus recte idem de hoc titulo l. l. p. 3: „quem Graecum titulum cum integrum similique praescriptione habuerit Gruterus ex schedis Pigafettianis, inde iure efficiemus Cyriaci Cretensia in Vaticano superesse non integra, alia autem ad Pigafettam delata sub huius nomine edita exstare apud Gruterum, scripta ni fallor in libro Pinelliano, nunc Ambrosiano D. 199 inf. f. 81. 88—102.“ Titulos Pigafettianos non ex Cyriaco sed ex Honorio Belli fluxisse certum est (v. infra p. 10) neque omnino ipse Cyriacus titulum integrum descripsisse videtur (cf. Ziebarth p. 493).

manni q. d.) fol. 25 titulorum Graecorum syllogen e *MS. Bibliothecae D. Laurentii Florentiae* descriptam nuper invenit eamque e Cyriaco esse derivatam ostendit E. Ziebarth[1]), in qua unus (n. 26) est titulus Creticus (CIG 2555, v. infr. p. 18 sq.).

Deinde plus centum annis post Cyriacum duo viri titulis Cretensibus colligendis operam dederunt. FRANCISCUS BAROZZI Venetus nobilis, qui aetatem egit circ. 1550—1590[2]), diu in insula versatus locorum urbiumque quas vidit descriptionem cum titulis Graecis ibi repertis anno 1571 in librum concinnavit, cui inscripsit *Descrittione dell' Isola di Creta composta da Francesco Barozzi di Giacomo*[3]). Earum quas descripsit urbium et titulorum quos operi inseruit hic est ordo: *Hierapetra* (tituli CIG 2570, 2555), *Matalia, Gortina* (tituli 2593, 2589, 2592, 97, 88, 96, 94, 95, 91, 8635, 8759), *Gnosus, Castello di Pediada, Lictos* (i. e. Lyttus) — *Dittea* (2579), *Castel Bonifacio* (*San Tomà*) (2568), *Chersonesus, Milopotamo* (Rettimo, 2569), *Oaxos* (2599 et titulus βουστροφηδὸν scriptus Blass. 5128), *Eleutherna, Lampe* (i. e. Lappa, 2584), *Minoa* (= Aptera), *Cydonia, Cisamus*. Titulorum Graecis verbis addidit eosdem in sermonem et Latinum et Italicum translatos. Praeterea exhibuit nonnullas aedificiorum et monumentorum veterum imagines delineatas[4]).

1) „Eine Inschriftensammlung der Hamburger Stadtbibliothek“, in progr. gymnas. Guilelm. Hamburg. 1903.

2) v. Mazzuchelli Gli scrittori d'Italia II 1 p. 411—414. Eiusdem Baroccii praeclara bibliotheca postea bibliothecae Oxoniensi dono data est, v. Marc. Foscarini Della letterat. Venez. I (1752) p. 316, Tomasini bibl. Venet. (1650) p. 64.

3) Sec. apographon Paris. (v. i.); in apographo Veneto (v. i.) his adduntur . . . *Barozzi fu figliuolo di ms. Jacomo Nobile Veneto l'anno 1577 ritrouandosi nella detta Isola,* v. Ricci Mon. Ant. II 1898 p. 320, 3.

4) Ricci l. l. „codesto ms. Barozzi è il più ricco di notizie archeologiche“.

Huius operis tria equidem novi apographa integra, cum ipsius Baroccii autographon ex oculis evanuerit: primum Venetiis in museo q. v. 'museo civico nel palazzo Corrèr' sign. 'cod. Donà n. 136' p. 98 sq.[1]), alterum ibidem in bibl. Marcianae cod. ital. class. VII n. 914[2]), tertium in bibliotheca Parisiensi, hodie sign. Bibl. Nat. 384 ital.[3]). Praeterea permultae videntur exstare eius epitomae velut in bibl. Marc. cod. class. VII n. 918. Plurima ex Baroccii opere excerpta in linguam Britannicam translata publicavit Falkener, v. i. p. 10.

Eiusdem saeculi anno 83 HONORIUS BELLI medicus Vicentinus una cum Antonio Grimani, insulae „procuratore generali", Cretam petiit[4]). Multos annos Cydoniae versatus[5]) per insulam varia itinera fecit, antiquitatum vestigiis indagandis summam adhibens curam. Quae investigavit, libro amplexus est c. i. *Descrizione dell' Isola di Candia di Onorio Belli Medico Vicentino e Cittadin Romano*[6]). Huius operis viris doctis laudatissimi[7]) duo vulgo

1) Ricci l. l., Teza Riv. di filol. XI 340. — v. cl. Angelus Scrinzi illi museo praefectus benevolentissime mea causa codicem excussit ac sic de eo scripsit „una tarda copia del sec. XVIII, . . . scorrettissima nella transcrizione delle iscrizioni". Tamen eorum quos novi plenissimus est atque unus titulorum ipsa Graeca verba exhibet.

2) Ricci p. 320, qui adcuratius non indicat.

3) Olim „bibl. reg. Paris. 10181", Mazzuchelli l. c., Zinkeisen Gesch. d. osm. Reich. IV 465, 1, Falkener Mus. of class. ant. II 264, 10. — In hoc apographo neglegentissime exscripto et lectu difficillimo desunt et imagines delineatae et titulorum Graeca verba, qui tantum in linguam Italicam translati exhibentur. Codicem mea causa excussit Ricardus Jungbluth Phil. Dr.

4) v. Maffei Degli anfiteatri p. 64 (= Veron. illustr. IV 35); Mazzuchelli l. c. II 2, 674; Ant. Torres y Ribera Insulae Augustae Cretae periplus, Venet. 1805, cap. VII p. 23. — His usus peculiari opusculo omnia de eo testimonia composuit plenissime, sed parum adcurate Ed. Falkener, v. i. p. 10, 1.

5) Ultimae eius litterae ad Carolum Clusium de rarioribus plantis scriptae sunt Cydonia 10. X. 1597. (v. Clusii Rar. Plantar. histor. 1601 p. 314.)

6) Torres Peripl. p. 23 ex Apostoli Zeno (v. p. 9) epitome, qui totius operis argumentum ipsius Belli verbis adfert.

7) Maffei l. c. *prezioso Manoscritto . . .; contiene . . . un ampio Trattato dell' Isola di Candia . . . scritto con erudizione e con senno; . . . Nel primo libro, in cui si tratta delle antichità, riferisce le Iscrizioni.* — cf. Fil. Pigafetta in „Teatro del mondo di Abr. Ortelio traslato . . . da F. Pigafetta", Antverp. 1612, s. v. Candia. — Bocchi Sopra un antico teatro, Ven. 1739 p. XIII. — M. Velser epist. ad Laur. Pignoria (Lett. d'uom. ill. del Sec. XVII, Ven. 1744, 119).

feruntur exstitisse exempla ms.: alterum anno 1639 adservabatur Patavii[1]) in bibliotheca Philippi Tomasini, id quod Tomasinus ipse significat his verbis *H. Belli Medici Vicentini Rerum Creticarum observationes continentes diversos ritus, aedificia, inscriptiones etc. Etrusce scriptae* m a n u a u c t o r i s, *sed imperfectae*[2]). Alterum anno 1728 Scipio Maffei testatur in bibliotheca P. Caroli Comitis de Lodoli fratr. Min. de Observ. Venetiis se invenisse[3]). Ex hoc Lodoli codice opus in breviorem formam redegit saeculo XVIII. ineunte A p o s t o l u s Z e n o, qui ea quae exhibet se desumpsisse fatetur „ex codice cartaceo formae maximae a u t o g r a p h o"[4]). Suo igitur iure adfirmare videtur Angiolgabriello di Santa Maria[5]) eundem Tomasini codicem postea in Lodoli manibus fuisse. Sed sive duo fuerunt codices sive unus idemque, certe Tomasini codex iam pridem ex oculis evanuit[6]), Lodoli autem illum iam anno 1778 latuisse testatur A. di Santa Maria l. c., neque Torresio postea eum reperire contigit[7]).

Ipsum igitur Belli opus hodie cum perierit, tamen pauca ex integro opere excerpta inserta sunt libris Maffei (Degli Anfiteatri 64) et Torresii (Cretae Periplus p. 24 et 270), et in bibliotheca

1) Tomasini Bibl. Patav. MS (1639) p. 129.

2) „an imperfect copy" falso adpellatur Falk. p. 8.

3) Maffei l. l., cf. Mazzuchelli l. l., Bocchi l. l.

4) Torres peripl. p. 23—24.

5) Bibliot. e Storia di Vicenza IV p. CXV.

6) Eum anno 1648 etiamtum apud Tomasinum episcopum Civitatis Novae fuisse testatur Franc. Barbarano Hist. eccl. di Vic. IV 37. Ipse Tomasinus l. c. sic de bibliotheca sua scripsit: „Omnia vero in memoriam grati secessus . . . dicata volui bibliothecae S. Mariae in Vantio Patavii". Nescio num revera Tomasino mortuo codex illuc pervenerit. Hodie bibliothecam S. Mariae i. V. iam non exstare neque ullum eius esse vestigium benigne mihi rescripsit v. cl. Innocentius Stievano Sem. episc. Patav. bibliothecarius.

7) l. l. p. 26.

Marciana exstant Apostoli Zeno illa ex Bellio excerpta ('Among the secret codices' Falkener); et his nonnullisque epistulis Bellianis bibliothecae Ambrosianae usus opus in integrum restituere conatus est Eduardus Falkener, scilicet in linguam Britannicam conversum, additis praeterea aedificiorum formis a Bellio delineatis, quae in Ambrosiana adservantur[1]). Sed ipsa verba eorum tantum adfert titulorum, quos ineditos putat, ceterorum numeros, quibus signati sunt in CIG, indicat. Ipsi tituli Belliani duplici memoria ad nos pervenerunt: nam praeter eos, quos Apostolus Zeno exscripsit, magnus Bellianorum titulorum numerus exstat in Gruteri corpore inscriptionum, quos ei miserat Philippus Pigafetta[2]).

Denique reperitur in bibliothecis imprimis Italiae multa copia librorum mss. saeculi XVI., qui ad Cretae insulae naturam historiam antiquitates spectant[3]). Eorum magno numero usus, cum omnes ex quadam Cretae descriptione saec. XVI. confecta fluxisse putaret, hanc quoque Falkener restituere conatus est atque in Anglorum linguam conversam imprimendam curavit[4]). Verum huius libri nullus fere est usus, cum omnino quid cuique libro ms. insit non indicet compluresque Cretae descriptiones in unam conflasse videatur. Praecipuus ei auctor Baroccius fuisse videtur; hoc quidem certum est titulorum Creticorum thesauros

1) „A description of some theatres . . . in Crete from a MS . . . by Onorio Belli in 1586 (supplem. to the Mus. of class. ant.)" Londin. 1854. De titulis Bellianis cf. praeterea Mus. of class. antiquit. II p. 273 „this and the following inscriptions were copied from the MS of Honorio Belli by Apostolo Zeno".

2) cf. lemmata apud Gruterum „Grutero Pigafetta ex schedis Honorii Belli" eiusdemque praef. p. 7, Marci Velser epist. ad Scalig. (v. Velseri opera Norimb. 1682 p. 806). — Pigafettae apographa ipsa exstare videntur in cod. Pinelliano Ambros. D. 199 inf. f. 81, 88—102, sec. Mommsen. CIL III, II 967, (qui tamen non recte Pigafettam titulos habuisse a Cyriaco dicit, v. s. p. 6, 4.); cf. Falkener Onorio Belli p. 2. — Duos Bellii titulos latinos ex Falkenero exhibet Mommsen CIL III suppl. II n. 12037 et 12041.

3) cf. Ricci Mon. Ant. II 320, 6; Torres Periplus p. 30—32.

4) „On the antiquities of Candia. No. I. La descrizione dell'Isola di Candia, a MS of the sixteenth century", v. Mus. of class. antiquit. II 1852 p. 263 sq.

praeter illum ei non praesto fuisse (excepto scilicet Bellio, quem ad nonnullos titulos apud utrumque exstantes adhibuit, cf. p. 10 adn. 1). Omnes enim Barocciani tituli apud eum leguntur neque ullus alius, et lemmata illius integra apud eum exstant. Praeterea in nullo eorum quibus usus est codicum titulorum ipsa Graeca verba invenit[1]), sed alteri codices in linguam et Latinam et Italicam, alteri in alteram utram translatos exhibebant (v. p. 267 et 265 n. 10—11), sicut est in Barocci codicibus, v. s. p. 7 et 8, 3. Falkeneri igitur codices ad textus restituendos adhibendi non erunt ut ex Baroccio derivati.

His accedunt codices illi a Boeckhio prolati Lollinianus et Vaticanus 1759. De quibus pauca dicenda erunt. Omnino non duo hi codices sunt, sed unus idemque duplici nomine: nam Donii ille Lollinianus una cum ceteris Lollini episcopi libris in Vaticanam pervenit ibique hodie n. 1759 signatus est[2]). Huius codicis a Cornelio olim publicati titulos ex ampliore quadam Cretae descriptione excerptos esse effecit E. Ziebarth l. l.; id factum esse probat ab ipso Lollino episcopo Bellunensi, qui Gortynius erat natu.

Iam quaerentibus nobis de ratione quae intercedat inter hanc aliasque titulorum Creticorum syllogas, ipsos qui quoque libro contineantur titulos composuisse satis erit.

(tab. p. 12.)

Praeterea apud Bellium erant XXVIIII tituli, qui desunt et apud Baroccium et in Vaticano: leguntur et apud Gruterum et apud Apostolum Zeno n. 2664—5, 2572—3, 2575, 77—8, 2580, 83, 85—86, 2590, 2600—3, 5—12; exstant apud A. Zeno, desunt apud Gruterum quinque tituli: unus Hierapytnius Falkener p. 12, tres Lyttii ib. 17—18, unus Lappaeus ib. p. 25. Deest apud A. Zeno tit. Grut. p. 1084 n. 11 (CIG 2574).

Apertum est titulos ex integro Belli opere excerptos pleniores exstare apud Apostolum Zeno quam apud Gruterum. Contra titulum 2574 exstare apud hunc, desiderari apud illum satis explicatur inde quod 2573 et 2574 fere ad syllabam inter se

1) Tituli graeci quales operi inseruit, ut ex CIG repetiti nullius sunt pretii.

2) P. Batiffol Mél. d'archéol. et d'hist. IX 1889 p. 28; E. Ziebarth Mus. Rhen. 54, 492.

	tituli Barocciani eo quo habentur ordine in codd. Veneto et Parisino	Vaticanus 1759 (sec. Ziebarth.)	tituli Belliani ex Apostoli Zeno excerptis (sec. Falkener.)	ex Grutero
Hierapytna CIG	2570	2570	—	—
„	2555	2555	2555	2555
Gortyna	2593	—	2593	—
„	2589	2589	2589	2589
„	2592	2592	2592	2592
„	2597	2597	2597	2597
„	2588	2588	2588	2588
„	2596	2596	2596	2596
„	2594	2594	2594	2594
„	2595	2595	2595	2595
„	2591	2591	2591	2591
„	—	Cornelius I 144; Ziebarth p. 490, 1; deest in CIG	—	—
„	—	8835	—	—
„	8635	8635	8635	–
„	8759	8759	8759	—
Lyttus	2579	2579	2579	2579
Sanctus Thomas	2568	2568	—	—
Axus	tit. βουστροφηδὸν script. Blass. 5128	—	—	—
„	2599	2599	2599	2599
Rhithyma	2569	2569	2569	2569
Eleutherna	—	2566	—	—
Lappa	2584	2584	2584	2584

consentiunt. Hoc tamen monendum est tituli 2555 (= Blass. 5039) aliam esse Gruteri recensionem atque Bellianam: certe meliorem quam habuit ab Ursino illi praetulit (v. i. p. 19).

Neque minus adparet Vaticanam collectionem ex Barocciana esse derivatam. Codicis Vaticani titulos ex pleniore codice satis neglegenter esse excerptos ostendit Ziebarth (v. s.): velut ibi tituli 2579 et 2570 in unum conflati sunt. Itaque aegre non feremus nonnullos Baroccianos titulos in illo omissos esse. Maiorem movet difficultatem, quod tres tituli Vaticani apud Baroccium desunt, 2566 et 8835 et titulus christiani aevi Cornel. Cret. Sacr. p. 144[1]). Tamen quia ipse Lollinus Gortynius erat natu, facile

1) Hunc titulum Cornelio neglecto quasi ineditum typis mandavit Ziebarth M. Rh. 54, 490 atque simillimum eum esse dicit alteri cuidam ab Halbherro Gortynae reperto (Mus. Ital. III p. 708 n. 154 = CIL III suppl. II p. 2040 n. 12039). („Die Inschrift stellt sich zu der ganz entsprechenden im Mus. ital.

intellegitur eum hos titulos illis Baroccianis ipsum addidisse[1]): nam praeterquam quod omnes alii tituli iidem in utroque exstant, lectiones quoque nonnullae adeo congruunt, ut casui id tribui nequeat: 2596 Υ. Φλ. Bar. et Vat., T. Φλ. Belli; 8635 ἔτει Bar. et Vat., ἐπὶ lapis; ib. v. 2 τοῦ Περιβάσσου (περβασσου Vat.) ἀνθυπάτου Bar. et Vat., ΤΟΥ ΠΕΡΙΒΑ˜ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ lapis. Denique omnia quae Vaticanus exhibet lemmata latina ex Baroccii plenioribus videntur fluxisse.

Iam quaerendum erit, quae ratio habenda sit eorum titulorum, qui et apud Baroccium et apud Bellium exstant. Atque Baroccium priore tempore fuisse in Creta quam Bellium constat. Deinde est in Bellianis titulus CIG 2555 (Blass. 5030), quem anno 1575 Venetias esse translatum Baroccius adfirmat: atqui Belli anno 1583 demum in Cretam est profectus: itaque non omnes quos exhibet titulos ipse in Creta conquisivit; hunc eum Baroccio debere certum est, v. i. p. 20 adn. 1. Deinde tit. Lappaeus CIG 2584 et apud Gruterum (ex Hon. Belli depromptus) et apud Baroccium eodem modo mutilus legitur

[Gruter ΛΑΠΠΑΙΩΝ.Η.ΠΟΛΙΣ.ΤΟΝ.ΜΑΡΚΟΝ.ΑΥΡΗΛΙΟΝ
ΚΛΗ . . . ΟΙΠΠΟΝ . . . .
. . . .

Barozzi ΛΑΠΠΑΙΩΝ Η ΠΟΛΙC ΜΑΡΚΟΝ
ΑΥΡΗΛΙΟΝ ΚΛΗCΙΠΠΟΝ ΓCΙΜΗC (sic!)],

cum integram lectionem iam pridem praebuerit Cyriacus (Vatic. 5237 fol. 513 et „in vacuo folio vetusto“ bibl. Marc.)

III 708 n. 154 als ein weiteres Zeugnis für das Fortbestehen der gortynischen Basilika bis in späte Zeit“.) Hi sunt duo isti tituli:

Vatic. 1759 *ο κτηνα παυ ευσεβυη υς ση ςcυι αυιι* (σο superscr.) *ἐφεστῶτος τῇ σπουδῇ τῆς βασιλικῆς Καλίστου τοῦ λογιστοῦ τῆς μητροπόλεως.*

Mus. Ital. III n. 154. *FORTVNATIANVS | SERVILIVS VC.. | CONSVLARIS CVRAVIT | ΕΦΕCΤΩΤΟC | ΤΗ CΠΟΥΔΗ ΤΗC | ΒΑCΙΛΙΚΗC ΚΑΛΟΠΟΔΗ | ΤΟΥ ΛΟΓΙCΤΟΥ ΤΗC | ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC.*

Mihi non est dubium, quin unus idemque sit titulus: primos tres versus is qui exscripsit monumentum pro Graecis habuit atque graecis litteris depinxit. (cf. *οκτηναπαυευσ FORTVNATIANVS, cυιαυιι CVRAVIT*).

1) cf. Ziebarth l. l.

Λαππ. ἡ πόλ. Μάρκον Αὐρήλιον Κλήσιππον τειμῆς καὶ μνήμης χάριν. Itaque hic quoque Bellianus e Baroccio fluxit[1]. Satis igitur est verisimile etiam Gortyniorum titulorum seriem illam ceterosque, qui apud utrumque leguntur, ex Baroccio esse depromptos, cui convenit coniecturae, quod tres illi tituli codicis Lolliniani (Vaticani 1759) desunt et apud Baroccium et apud Bellium.

Creticos igitur titulos denuo edituro neque Gruterus neque Vatic. 1759, sed et Francisci Barozzi Cretae descriptio et Apostoli Zeno ex Honorio Belli excerpta Marciana lectionis fundamentum erunt[2]. Atque ex Baroccii codice Veneto Musei Correr. nonnullorum titulorum varias lectiones publici iuris fecerunt S. Ricci l. c. p. 330 sq. et Teza l. c.; sed et alii eius codicis tituli et Belliani ex ipsis libris mss. denuo exscribendi erunt. Accedunt varii illi codices quos Falkener et Torres enumerant; quamvis eos omnes ex illis esse derivatos verisimile sit, tamen ut hoc pro certo statuatur denuo inspiciendi erunt.

Ea quae exposui certe non quadrant ad eos titulos, qui in ipsam Italiam transvecti ibique a viris doctis exscripti sunt. Eiusmodi apographa nonnullorum titulorum ampliorum in libris mss. haud raro occurrunt: de quibus in universum iudicari nequit. Ex. gr. in codice quodam Ambrosiano apographon integrum tituli Hierapytnii (v. Dial.-Inschr. n. 3749, Caueri del.² n. 181) invenit Steinbühel, a quo habuit Cobet[3]. Ambrosianus ille quomodo signatus sit, neque Cobet neque ipse Steinbühel indicat[4]. Sed in cod. Ambrosiano R 117 eiusdem tituli exstare apographon benigne mecum communicavit H. Usener, neque dubium esse puto, quin ex hoc ipso codice olim monumentum

1) In Vaticano idem titulus hoc modo legitur *ΛΑΠΑΙΩΝ ΗΠΟΛΙΣ ΑΝΕΣΤ*ζ, quamobrem alium eumque ineditum esse putat Ziebarth. Tamen pro ea qua ille codex exaratus est neglegentia eum ex Baroccii mutila recensione fluxisse adparet.

2) Etiam Pigafettae tituli in cod. Pinelliano (v. s. p. 10 adn. 2) inspiciendi erunt, quamvis Apostoli Zeno apographa praestare videantur.

3) v. Naber Mnemos. I p. 75 et 105, Cobet Brieven aan Geel p. 507. — Non recte de hac re Blass praef. ad n. 5041.

4) Ex Cobeti schedis Leidensibus Cretensia eximia liberalitate mihi misit v. cl. S. G. de Vries bibl. reg. Leid. praef.

ille descripserit. — Ipsius lapidis inferior pars, in qua scripti sunt tituli Blass. 5041—42, hucusque exstat Venetiis in museo archaeol. palat. Duc., unde n. 5042 denuo ed. Kern Inschr. v. Magn. p. XIV n. 21, quem Blass neglexit[1]. Praeterea se titulum invenisse profitetur Cobet in schedis ineditis cuiusdam „Abbatis de T.“ (Mnemos. l. c.). Cobeti schedis inspectis mihi persuasi agi de Abbatis Torres y Ribera libro inedito „Antiquitates Cretenses“, cuius operis imperfecti nonnulla exstant folia typis expressa cum alibi tum in bibliotheca Marciana Venetiis, cf. Ricci Mon. Ant. II p. 79 et 306. Nullius hodie pretii sunt Torresii apographa titulorum CIG 2562, Blass. 4940, 5041—2, Dial.-Inschr. 3749, sed uni illi debentur tria decreta Teia Blass. 5172—4, cum ipsi lapides iam pridem perierint.

Etiam tituli Cretici CIG 1840 (Dial.-Inschr. 3198) exstant apographa in duobus codd. bibl. Ambrosianae: alterum iam pridem notum exstat in cod. D 199 p. 94, alterum, cui addita sunt nonnulla verba Pinellii manu scripta, unde titulum Creticum Venetias esse transvectum certum fit, in cod. R 124 p. 85 invenit Ziebarth[2], qui Cydonia eum esse oriundum probat.

Denique tituli CIG 2557 (Blass. 4940) tria exstant apographa saeculi XVI., et quidem duo Mureti et Francisci Porti Cretensis in cod. Leidensi Scaligerano n. 25[3], tertium Pighii in cod. Pighiano Berol. fol. 60. Ipse lapis Venetiis anno 1844 a Cobeto denuo exscriptus[4] posteaque cum titulo CIG 2562 aliisque musei q. v. Iustinianei monumentis Berolinam transvectus adservatur hodie in museo regio Berolinensi sign. n. 1547, ille (2562) n. 1557[5].

1) v. 6 leg. *κα[τα|γράψαι]*, 16 *βούλωνται. ἔδοξε. οἱ κόσμοι κτἑ.*

2) v. Athen. Mitt. XXII 1897 p. 218 sq.; cf. Reinach „Une inscription crétoise méconnue“, in Revue des ét. gr. X 1897 p. 138 sq.; Waddington Explic. des inscr. p. 37. — Apud Blassium titulus deest.

3) Huius quoque codicis copiam mihi fecit S. G. de Vries.

4) v. Brieven aan Geel p. 507 n. 66.

5) Carolo Watzinger debeo eius et ectypon chartaceum et apographon. In parte A nonnullae litterae exstant, quae in editionibus desunt (v. 6/7 leg. *Ἄ[γα|θιν]*), in parte B nil est quod Cobeti apographo addatur. Versuum distributionem iniuria in dubium vocavit Boeckh: prorsus eadem est atque in Montefalconii editione (Diar. Italic. 1702 p. 71 sq.).

II. De nonnullis Cretensium foederibus.

Eorum quae exstant aevi recentioris monumentorum Creticorum longe primum obtinent locum foedera urbium Cretensium, quorum sat magnus numerus ad nos pervenit[1]); pauca tamen integra aetatem tulerunt, plurimorum exiles tantum reliquiae servatae sunt. Itaque ut de eorum universa indole satis constat, ita singula quaeque magna ex parte nondum satis explicata sunt. Atque omnia eiusdem fere aetatis sunt omniumque fere idem fuit argumentum: eorum enim sunt saeculorum III. et II. a. Chr., quorum inter varios belli casus Cretenses modo huic modo illi perpetuam societatem atque amicitiam aeternam destinaverunt, dum oblata occasione fidem fallerent atque alii cuilibet se addice-

1) Haec fere sunt gravissima:
Allariotarum et Pariorum Blass. 4940.
Cnosiorum et Gortyn. Blass. 5014—5.
„ „ „ Blass. 5017.
„ „ Hierapytn. ib. 5073.
„ „ Dreriorum 4952.
Eleuthernaeorum et Antigoni regis, Amer. Journ. of archaeol. XI 1896 p. 582 n. 67.
Gortyniorum, Priansior., Hierapytn. Blass. 5024.
„ et Elyriorum 5014.
„ „ Lappaeorum 5018.
„ „ Sybritiorum 5021.
„ „ Demetrii regis, Amer. Journ. of Archaeol., sec. ser. vol. I 1897 p. 188 n. 17.
Hierapytnior. et Prians. Blass. n. 5040.
„ „ Lyttior. ib. 5041.
„ „ cleruchorum ib. 5039.
„ „ Arcadum ib. 5044.
„ „ Magnet. ib. 5042, Inschr. a. Magn. p. XIV. n. LIV.
„ „ Rhodior. Dial.-Inschr. 3749, Caueri del.2 181.
„ „ Antigoni regis Blass. 5043.
Latiorum et Olontiorum ib. 5075.
„ „ Olont. symbolum Cnosiorum auctoritate ictum ib. 5149.
Lyttiorum et Mallaeor. ib. 5100.
„ „ Olont. ib. 5147.
Praesiorum et Stalit. 5120.
Tylisiorum et Axior. 5132.
XXX urbium Cretensium et Eumenis II. regis, Mon. Ant. I 38 (v. Dittenb. syll. I² 288).

rent, ὅπερ ἔθος ἐστὶν Κρησίν[1]). Primum igitur locum obtinere solent φιλία καὶ συμμαχία iisdem quae et alibi occurrunt formulis, velut (foed. Lapp. et Gort. Blass. 5018) συνμαχησῆν ἀλλάλοις τὸν ἅπαντα χρόνον ἁπλόως καὶ ἀδόλως . . . καὶ τὸν αὐτὸν φίλον κἠχθρὸν ἐξῆν . . ., καἴ τίς κα πολεμῆι . . . βοαθησῆν καὶ κατὰ γᾶν καὶ κατὰ θάλαθθαν παντὶ σθένει ἐς τὸ δυνατόν. His in nonnullis foederibus adduntur nonnulla de bellis in commune gerendis atque de distribuenda praeda (cf. i. p. 40—41). Maximam deinde curam adhibent in iureiurando: nam cum in reliquis Graeciae civitatibus magistratus quidam civium nomine fidem darent, apud Cretenses universa civitas iureiurando astringebatur, atque quotannis iis iurisiurandi verba denuo recitabantur et adolescentibus, qui tum togam virilem accipiebant, in patriae foedera iurandum erat (cf. infra p. 41—44).

Accedere solet de rebus importandis et exportandis lex (cf. infra p. 40 ad v. 15).

Deinde in plerisque constituitur, ut civibus alterius oppidi in altero civitatem adipisci liceat (ἰσοπολιτεία) atque singula iura et negotia enumerantur (v. i. p. 39 sq.)[2]). His addita fuisse σύμβολα quae dicuntur, i. e. de causis publicis privatisque gerendis atque de poenae iure constituta[3]) exspectes, id quod comprobatur et Hierapytniorum cum Priansiis foedere (Blass. 5040), in quo ipsa eiusmodi symbola servantur, et nonnullis aliarum urbium iuribus iurandis (Blass. 5039 et 5041), in quibus legitur τὸ δίκαιον δωσῶ, cum ipsa foedera magnam partem perierint: quamobrem qualis

1) Polyb. IV 53, 4. — cf. id. XXVIII 14 *Ὅτι οἱ Κυδωνιᾶται . . . ἐποίησαν πρᾶγμα δεινὸν καὶ παράσπονδον ὁμολογουμένως.* *καίπερ πολλῶν τούτων γενομένων κατὰ τὴν Κρήτην ὅμως ἔδοξεν ὑπεραίρειν τὴν συνήθειαν τὸ τότε γενόμενον. ὑπαρχούσης γὰρ αὐτοῖς οὐ μόνον φιλίας, ἀλλὰ συμπολιτείας πρὸς Ἀπολλωνιάτας καὶ περὶ τούτων κειμένης ἐνόρκου συνθήκης παρὰ τὸν Δία τὸν Ἰδαῖον παρασπονδήσαντες τοὺς Ἀπολλωνιάτας κατέλαβον τὴν πόλιν, καὶ τοὺς μὲν ἄνδρας κατέσφαξαν κτέ.*

2) Fusius de his exposuit, sed nonnulla perperam interpretatus Szanto Das Griechische Bürgerrecht p. 67 sq.

3) Harpocrat. s. v. *σύμβολα· τὰς συνθήκας ἃς ἂν αἱ πόλεις ἀλλήλαις θέμεναι τάττωσι τοῖς πολίταις ὥστε διδόναι καὶ λαμβάνειν τὰ δίκαια.* cf. Meier-Schömann-Lipsius Der attische Prozess II 994; R. Meister Sächs. Ber. 48, 1896 (z. Rechtsvertr. zw. Chaleion u. Oianthea) p. 23 sq.; Ed. Meyer Forsch. z. alt. Gesch. I 309 sq.

fuerit iurisdictio inter duas huius condicionis urbes nondum satis constat (cf. p. 45 sq.).

Nonnulla addam foederum exempla, quae nondum ea qua par est fide edita aut satis explicata sunt. Atque cum idem sit fere omnium argumentum, si nonnulla tractabimus foedera, gravissima quaeque quae in omnibus occurrunt attingere opus erit [1]).

---

1. Hierapytniorum foedus cum cleruchis ictum CIG 2555, Blass. 5039.

Quadrum marmoris (*un pezzo di Colonna quadra*) repertum *in de ruvine di Hierapetra del 1565; . . . la Colonna fu portata a Sitthia et murata in un muro della Chiesa di S. Zorzi, da dove fu cavata del 1575 dall . . . Giacomo Foscarini . . . et fù portata à Venezia, dove hora si trova appresso Sua Illma Signoria.* Franc. Barozzi anno 1577 (sec. apographum Venetum). — *Nelle ruine della detta Città* (scil. Hierapytna) . . . *trovato in Lapida* ex Honorio Belli Maffei Degli Anfiteatri 66. — „Saeculo XVI. Jacob. Foscarenus teste Bellio foedus Karagytnae . . . Venetias deportavit.“ Torres peripl. p. 12.

Triplici memoria titulus ad nos pervenit, cum ipse lapis Venetias transmissus lateat. In ipsa Creta monumentum exscripserunt Cyriacus et Barozzi. Cyriaci exempli exstat apographum imperfectum (desunt 10 priores versus) in cod. philol. Hamburg. 253, unde varias lectiones publicavit Ziebarth (v. s. p. 7). De Baroccii codicibus v. s. p. 8 et 12 sq. Ex eodem deprompta esse apographa et Honorii Belli et id quod unius huius tituli exhibet codex miscell. Monacensis latinus 743 fol. 102 (olim Victorian. 27) docet tituli exordium eodem modo apud omnes corruptum. (v. s. p. 13 et adnot. crit. ad v. 1—3. Praeterea addita sunt in Victoriano tituli verba in linguam et Italicam et Latinam conversa, qualia Barozzi recensioni suae addidit.)

1) Ea quae usque ad a. 1870 innotuerunt foedera tractavit H. Voretzsch Ueber kretische Staatsverträge, Progr. Reg. Gymnas. Frider.-Guilelm. Posnaniens. 1870. Omnium foederum reliquias enumerat eorumque chronologiae imprimis operam navavit Angelus Scrinzi in „Atti dell' Istituto Veneto di Scienze“ vol. 56, 1897—98 (Ser. 7 tom. 9 disp. 7—10) p. 1509—91. („La guerra di Lyttos del 220 av. Cr. e i trattati internazionali Cretesi“). — cf. Szanto l. c. De Cretensium rebus atque antiquitatibus cf. praeter antiquitatum Graecarum enchiridia P. Bellezza Creta alla luce delli recenti scoperte in „Rivista di filol.“ XXII 1894 p. 481; G. Busolt Hist. Graec. I² 326, 4; E. Cicotti Le istituzioni pubbl. Cretesi, in „Studi e documenti di storia e diritto“ XII—XIV (1891—93); Anatol. Semenoff Antiquitates juris publici Cretensium, Petropoli 1893.

Recensionis Baroccianae exemplum et antiquissimum et adcuratissimum exhibet Victorianus. Nullius fere est pretii Vatic. 1759 (non 1754, v. s. p. 5). — Venetias transvectus denuo a viris nonnullis doctis lapis exscriptus est, unde exstabat apographon in schedis Fulvii Ursini Romae, typis mandatum ab Ursino in appendice libri Antonii Augustini De legib. et sen. cons. (Paris. 1584) n. 33. Aliud apographum a nescio quo confectum [1]) in codice Ambrosiano D 436 inf. fol. 65 repperit Ziebarth [2]). — Ediderunt: ex solo codice Vatic. 1759 Cornelius Creta Sacra I 243. E schedis suis Ursinus l. l. — Gruter p. DV, ex Grutero Chishull Ant. As. 133, alii. Boeckhio quoque „fundus lectionis textus Gruteri“ erat, quem monumentum ab iisdem habere putat, a quibus id quod praecedat Allariotarum et Pariorum foedus CIG 2557, i. e. a Francisco Porto et Mureto. Gruterus ipse unde sumpserit non indicat, sed cum Antonii Augustini librum eodem loco laudet et in praefatione (p. 6) dixerit Ursinum „schedas suas plerasque sibi aut Romae obtulisse aut postea transmisisse“, hunc eius esse auctorem certum puto. Tamen Ursini librum satis neglegenter exscripsit, et ne Boeckhium quidem ipsum eum inspexisse efficitur conlatis aliis Ursini titulis. — Praeterea Chishullo, quamvis Gruterum auctorem laudet, aliud quoque apographon (fortasse Cyriaci) praesto fuisse videtur; certe nonnullas praebet lectiones, quas eius coniectura natas esse vix putaveris (cf. adn. crit.). — Ex Boeckhio Cauer² 116. Nuperrime edidit Boeckhium imprimis secutus Blass n. 5039. Tractaverunt Naber Mnemos. I (1852) 111; Svoronos Numism. de la Crète anc. I 184; A. Scrinzi, Atti del R. Istit. Veneto di Scienze 56 p. 1534; cf. Mus. Rhen. 56, 587 sq.

In apparatu critico potiorem modo exhibui lectionis varietatem [3]).

— — — — — — — — — — — — — — — — — — ων
— — — — — — — — — — — — — — — τ]ὰν δ' ἰσοπο-
λιτείαν — — — — — — — ἐς πάντα τὸν χρόν]ον? ἀγγραψάντων
δὲ καὶ τὰν συνθήκαν ταύταν ἐς] στάλας λιθίνας τρεῖς κα[ὶ
ἀνθέντων τὰν μὲν οἱ ἐπίπαντες ἐ]ν Ἱεραπύτναι ἐν τῶι ἱερῶι τᾶς Ἀθανα[ί-

---

1) Fortasse ab ipso Ursino? Schedae eius amplissimae „aut interierunt aut latent, nec supersunt nisi ea quae descripta alia ab Ursino alia ab amanuensi eius in schedis Antonii Augustini repperit Huebnerus“ CIL VI, LV.

2) Mus. Rhen. 54 p. 490.

3) E codice Victoriano titulum mea causa exscripsit A. de Mess, e cod. Barocc. Paris. eundem in Italorum linguam translatum R. Jungbluth; e Baroccii cod. Veneto musei Correr. nonnullas var. lect. excerptas misit A. Scrinzi

ας τᾶς Πολιάδος, τὰν] δὲ ἄλλαν οἱ κατοικόντες Ἱεραπύτνιοι Πραισοῖ?] ἐν τῶι ἱερῶι τῶ Ἀσκλαπιῶ, τὰν δὲ τρίταν κοινᾶι Ὠλεροῖ] ἐν τῶι ἱερῶι τᾶς Ἀθαναίας. Αἰ δέ τί κα δόξηι βωλευομένο]ις ἐπὶ τῶι κοινᾶι συμφέροντι ἐπιδιορθῶσαι ἢ ἐξελὲν ἢ ἐνβαλέν, (ὅτι μὲν ἐξέλοιμεν,) μὴ ἔνορκον ἔστω, ὅτι δ' ἐ[γ]γράψαιμεν, ἔνορκόν τε ἔστω καὶ ἔνθινον. ὅρκος. ὀμνύω τὰν Ἑστίαν καὶ Τῆνα Ὀράτριον καὶ Τῆνα Δικταῖον καὶ Ἥραν καὶ Ἀθαναίαν Ὠλερίαν καί Ἀθαναίαν Πολιάδα καὶ Ἀθαναίαν Σαμωνίαν καὶ Ἀπόλλωνα Πύτιον καὶ Λατὼ καὶ Ἄρ[τεμιν καὶ Ἄρεα καὶ Ἀφροδίταν καὶ Κωρῆτας καὶ Νύμφας καὶ τὸς Κυρβάντας καὶ θεὸς πάντας καὶ πάσας· ἦ μὰν ἐγὼ εὐνοησῶ τοῖς ἐπίπασι Ἱεραπυτνίοις τὸν ἅπαντα χρόνον ἁπλόως καὶ ἀδόλως καὶ τὸν αὐτὸν φίλον καὶ ἐχθρὸν ἑξῶ καὶ πολεμησῶ ἀπὸ χώρας παντὶ σθένει, υἷ κα οἱ ἐπίπαντες Ἱεραπύτνιοι, καὶ τὸ δίκαιον δωσῶ καὶ ἐμμενῶ ἐν τοῖς συγκειμένοις καὶ οὐ κακοτεχνησῶ οὐθὲν τῶν ἐν τᾶιδε τᾶι ἰσοπολιτείαι γεγραμμένων οὔτε λόγωι οὔτε ἔργωι οὐδὲ ἄλλωι ἐπιτραψῶ ἑκὼν καὶ γινώσκων, παρευρέσει οὐδεμιᾶι οὐδὲ τρόπωι οὐθενί. αἰ δέ τι ἐπιορκήσαιμι τῶν ὤμοσα ἢ τῶν συνεθέμαν, τός τε θεὸς τὸς ὤμοσα ἐμμανίας ἦμεν καὶ ἐξόλλυσθαι κακίστωι ὀλέθρωι καὶ μήτε γᾶν μήτε δένδρεα καρπὸς φέρεν μήτε γυναῖκας τίκτεν κατὰ φύσιν τῶι τε πολέμωι νικέσθαι. εὐορκῶσι δὲ ἁμὶν τός τε θεὸς ἱλέος ἦμεν καὶ γίνεσθαι πάντα ἀγαθά.

Adnotationes.

vv. 1—3 desunt in recensione Barocciana, quae incipit a verbis Στάλαν Ἄθινα τρεῖς Καραγύτναι [sic cod. Barozzi Ven. Correr., Victor., Vatic. 1759] quod pro Carthagine habuit Barozzi (*Carthagina* vertit). Eandem fuisse Honorii Belli lectionem ostendunt Torresii ex Bellio excerpta, v. s. p. 18[1]).

v. 2. τ]ὰν δ' ἰσοπο[λιτείαν restituit Blass.

v. 3. Non recte ὅρ]κον id.; nil nisi ON in apographis exstat.

vv. 4—8: v. infr. p. 23 sq.

1) Hanc lectionem Baroccianum, quam litteris *κα* in fine v. quarti cum quinto in unum commistis natam esse adparet, a lectione **Ἱαραπύτναι** originem duxisse ratus falso **Ἱαραπύτναι, Ἱαραπύτνιοι** olim restitui Mus. Rhen. 56, 595.

v. 10. Verba ὅτι μὲν ἐξέλοιμεν addidi, quae videntur ab ipso marmorario omissa esse; tamen restituantur oportet, sine quibus sensu omnino careat enuntiatum. ΔΕ ΕΓΡΑΨΑΙΜΕΝ Ursin., δὲ ἔγραφα μένεν Barozzi. ἐ[πι]γράψαιμεν Boeckh, quod non recte olim amplexus eram Mus. Rhen. l. c., δ' ἐ[γ]γράψαιμεν restituit Cauer Delect.[2], cf. e. gr. foed. Hierapytn. et Lytt. (Blass. 5041, 6) ὅτι δέ κα δόξηι ταῖς πόλεσιν ἐξελὲν ἢ ἐνθέμεν, ὅτι μὲν ἐξέλοιμεν, μήτε ἔνθινον μήτε ἔνορκον ἦμεν, ὅτι δὲ ἐγγράψαιμεν, ἔνθινόν τε ἦμεν καὶ ἔνορκον. Similiter foed. Lat. et Olont. (i. p. 30) v. 45 sq.; Blass. 5040, 73 sq.; ib. 5073, 21 sq.

Omnia Cretensium foedera hac lege icta sunt, quam non recte enarravit Szanto p. 93 „es wird . . . bestimmt, dass Streichungen von Vertragsbestimmungen ungültig, Zusätze gültig seien“. Recte ipse addit „diese Verfügung war völlig illusorisch für den Fall, dass wirklich beide Städte die Aufhebung eines Vertragspunktes beschlossen“, neque omnino eiusmodi quidquam ipsis foederum verbis inest. Qualis fuerit legis sententia patet ex Priansiorum et Hierapytniorum foedere Blass. 5040, 73 Αἰ δέ τί κα δόξηι ἀμφοτέραις ταῖς πόλεσι βωλουμέναις ἐπὶ τῶι κοινᾶι συμφέροντι διορθώσασθαι, κύριον ἔστω τὸ διορθωθέν. Eodem modo pleniores illae leges explicandae sunt, quibus hoc constituitur: „ea quae de his exemerimus, iam ne iurata neve legitima sunto; ea vero quae addiderimus, legitima sunto ac iurata aeque atque illa, quae nunc constituimus“.

v. 11. ΚΑΙ ΖΗΝΑ ΟΡΑΤΡΙΟΝ ΚΑΙ ‖ ΖΗΝΑ ΔΙΚΤΑΙΟΝ Cyriac., καὶ τὸν Ἀοράτριον καὶ Ζῆνα Δικταῖον Chish., ΚΑΙ ΤΗΝΑ (ΙΗΝΑ Ambros.) ΟΡΑΤΡΙΟΝ ΚΑΛΕΝΙ (ΚΑΓΗΙ Ambros.) ΔΙΚΤΑΙΟΝ Ambros., Ursin., καὶ τὰν Ἀοράτριον κληΐδα καὶ Δικταῖον (*per ianuam clausam, per la porta serrata*) Barozzi.

Τᾶνα restituerunt Boeckh, Cauer; Τῆνα legatur oportet, quae est unica forma vere Cretica. [cf. Ττῆνα Blass. 5024, 60 et 77; Τῆνα ib. 5147b 5; Τηνὶ 5145, 8; Δῆνα 4952a 17; Ζῆνα 5041, 13 et 19.] Non recte Blass. n. 5023, 6 supplevit ναὶ Τᾶ[να . . . καὶ Τᾶ]ν Ἀγοραῖον addiditque „Τᾶ[να ergiebt sich mit Sicherheit; dieselbe Form (neben Τῆνα) anderswo“. Ubinam, equidem ignoro. Nam quod in nummis imperatoriae aetatis Τὰν Κρηταγενής occurrit (Eckhel II 301, Head 397) huc omnino non quadrat. In titulo illo legendum est ναὶ τὰ[ν Ἱστίαν καὶ Τῆ]ν' Ἀγοραῖον κτλ.

v. 13. Σαμωνίαν Cyriac., Barozzi, Ursin., Ambros., Σαλμωνίαν Gruter, Boeckh.

Ἀθαναίαν Σαμωνίαν fanum habuisse in promunturio Samonio consentaneum est. De ipsa nominis forma inter scriptores veteres non satis convenit: modo enim addita littera λ modo omissa scribitur. (Varias lectiones composuere Hoeck Kreta I 427, Bursian II 575, 1, Müller Geogr. Gr. min. I 505.) Videtur iam pridem utraque nominis forma in usu fuisse. Tamen praevalet apud scriptores forma Σαμωνία, eamque apud ipsos Cretenses usitatam fuisse praeter nostrum titulum docet stela Suliae reperta, in qua legitur Ἀθανᾶι Σαμωνίαι εὐχάν (Blass. p. 423 n. 5145 a).

De promunturii Samonii situ diu certabatur. Idem esse atque cui hodie est nomen *Sidero* volunt Bursian l. c., Kiepert (Ztschr. d. Ges. f. Erdk. I 435), Müller l. c., contra formam Σαλμώνιον retinet eamque promunturio *Salomôn* vindicat Hoeck l. c.; Kiepert, qui olim illis assentiebatur, in Cretae tabula anno 1897 edita iudicio abstinet. Illorum sententia probatur urbis Itani reliquiis repertis, de cuius situ Hoeckio nondum constabat, v. Halbherr Mus. ital. III 587 et „The Antiquary“ XXIV p. 201 et 241.

v. 13. ΠΥΤΙΟΝ Cyriac., Ambros., Ursin, πύθιον Barozzi. Una forma Πύτιος Cretensibus fuit usitata, cf. foed. Lat. et Olont. (v. p. 30 sq.) v. 75, Blass. 5041, 14 et 20; ib. 5147 b, 16; 5063; 5085, 19. Semel legitur Πύθιος in titulo Itanio 5058, 8, qui alia quoque habet e sermone volgari immista.

v. 14. ΚΩΡΗΤΑΣ Cyriac., ΚΟΡ. ceteri.

v. 17. ΕΚΘΡΟΝ Cyriac., Ambros., Ursin., ἐχθρὸν Barozzi, editores. Illam formam fuisse in lapide opinor collato ἔκθρα in titulo Itanio Dittenb. syll. II² 929, 17; contra in nonnullis titulis littera κ subsequente aspirata in χ abiit, cf. ἔχθεσις in eod. tit. v. 37, ἐχφέρεσθαι Blass. 5041, 8, ὑπέχθηται 5040, 21; ὑπεχθέσιμα ib. v. 22 al.: nempe κ ante aspiratam χ sonabat, sive hoc scribebatur sive illud.

v. 18. ΟΥΙ Ursin., ΟΥ ceteri. Ex Ursino restituenda est genuina forma υἱ, cf. Blass. 5041, 16 et 22; 5042, 16; ὀπυῖ 5018, 6.

v. 19. ΟΥΘΕΝ Cyriac., ΟΥΩΕΝ Ursin., οὔτε ἐν Barozzi.

v. 22. ΟΥΘΕΝΙ Victor. Quare οὐθὲν, οὐθενὶ legendum (οὐδὲν, οὐδενὶ Gruter, Boeckh.).

v. 25. ΤΩΙ ΤΕ ΠΟΛΕΜΩ ΝΙΚΕΣΘΑΙ ΕΥΟΡΚΩΣΙ κτλ. Cyriac., νικέεσθαι Chishull, ΤΩΙ ΤΕ ΠΟΛΕΜΩΙ ΝΕΕΣΘΑΙ Ursin., Ambros., Gruter, τω τε πολεμω μη μεσωον ευτυχειν τουτοις εμμενωσι δε αμιν Barozzi. Duabus lectionibus compositis τῶι τε πολέμωι μή με σῶον νέεσθαι Boeckh, Cauer, Blass.

Recensionem Baroccianam coniectura depravatam esse adparet. Genuina lectio exstat apud Cyriacum, cui proxime accedunt Chish., Ursin., Ambros. (cf. νικέσθω foed. Hierapytn. et Arcad. Blass. 5044, 24).

Foederis inter Hierapytnios eorumque cleruchos icti hanc infimam esse partem e verbo κατοικόντες (v. 6) recte collegit Boeckh, qui ubi habitaverint deperdito initio versus 7 incertum est, cf. Boeckhii adnot. Boeckhii argumentis prorsus neglectis Gortynam urbem restitui voluit Naber Mnemos. I p. 111 nisus foederis Hierapytniorum et Lyttiorum (Blass. 5041) versu 12 quem ita restituit ἐν Γόρτυνι ἐν τῶι ἱερῶι τῶι [Ἀσκλαπιῶ]⟨ι⟩. Sed in ipsa Gortyna urbe Aesculapi templum fuisse prorsus nullis comprobatur testimoniis (cf. infra p. 25 sq.); ἐν τῶι ἱερῶι τῶ[ι ἐμ Πυτίω]ι proposui Mus. Rhen. 56 p. 589 [ad verborum structuram cf. symbol. Cnosiorum cum Latiis et Olont. fact. Dittenb. II² 514 = Blass. 5149 v. 13 ἐν τῶι ἱερῶι τῶι Δέρα(ι)]. Sive recte id sive falso supplevi, hoc quidem certissimum est neque in nostro cleruchorum titulo Gortynam neque in illo Aesculapium restitui posse[1]). Urbem enim illam ab Hierapytniis expugnatam, quo coloniam illi deduxerint, sitam fuisse in parte insulae orientem versa efficitur verbis Ἀθαναίαν Σαμωνίαν et Τῆνα Δικταῖον, quos deos peculiares fuisse illi urbi adparet[2]).

1) Adcuratius de hac re verba feci Mus. Rhen. l. c., quamobrem in iis quae secuntur testimonia tantum composui.

2) Vel hac de causa non de Larisa cogitandum est, quam restituendam proposuit Svoronos l. l., cui adstipulatur Scrinzi l. l. De qua haec profert Strabo IX 440, 19 (p. 621 Mein.): (*Λάρισα*) *καὶ ἐν Κρήτῃ πόλις ἡ νῦν εἰς Ἱεραπύτναν συνοικισθεῖσα, ἀφ᾽ ἧς καὶ τὸ ὑποκείμενον πεδίον νῦν Λαρίσιον καλεῖται* (cf. Steph. Byz. s. v., Bursian II 579). Itaque non Hierapytnii Larisam coloniam deduxerunt, sed Larisaei Hierapytnam commigraverunt, neque omnino iis quidem quae novimus temporibus etiamtum Larisa urbs exstabat.

Atque de Minerva Samonia v. adnot. ad vers. 13; Iovis Dictaei fanum situm erat inter fines Itaniorum et Praesiorum, cf. Strabo X 478: εἴρηται δὲ ὅτι τῶν Ἐτεοκρήτων ὑπῆρχεν ἡ Πραῖσος καὶ διότι ἐνταῦθα τὸ τοῦ Δικταίου Διὸς ἱερόν· καὶ γὰρ ἡ Δίκτη πλησίον. Dittenb. II² 929, 37 sq.: Ἰτάνιοι . . . χώραν ἔχοντες προγονικὴν γειτονοῦσαν τῶι τοῦ Διὸς τοῦ Δικταίου ἱερῶι; ib. v. 68: τῶν δὲ προειρημένων ὁρίων σαφῶς διειργόντων τήν τε Ἰτανίων χώραν καὶ τὴν . . . Πραισίων . . ., τοῦ δὲ ἱεροῦ τοῦ Διὸς ἐκτὸς τῆς ἀμφισβητουμένης χώρας ὄντος. Blass. 5058, 3: τάδ]ε ὤμοσαν τοὶ Ἰτάνιοι πά[ντες] Δία Δικταῖον κτλ.

Ac cum duae hae urbes Itanus et Praesus imprimis in censum veniant, Praesum urbem ab Hierapytniis olim expugnatam esse constat testimoniis hisce:

Strabo l. c., ubi de Praeso oppido agitur: κατέσκαψαν δὲ Ἱεραπύτνιοι. — Dittenb. l. c. v. 45: ἐνστάντος δὲ κατὰ τὴν Κρήτην πολέμου καὶ μείζονο[ς], ἀνειρημένης δὲ ἤδη καὶ τῆς Πραισίων πόλεως τῆς κειμένης ἀνὰ μέσον Ἰτανίων τε καὶ Ἱεραπυτνίων et v. 67 . . . τήν τε Ἰτανίων χώραν καὶ τὴν πρότερον μὲν οὖσαν Δρα[γμ]ίων καὶ τὴ[ν] Πραισίων, κατεχομένην δὲ νῦν ὑπὸ Ἱεραπυτνίων. Coloniam illuc deductam esse ab Hierapytniis docet eiusdem tituli v. 86 sq.: Ἰτανίων ἀξιωσάντων τὴν σύνκλητον ἵνα τὸ ἐνωικοδομημένον ὑπὸ Ἱεραπυτνίων χωρίον ἐν τῆι κρινομένηι χώραι καθαιρεθῆι.

Veri igitur puto simillimum esse de colonia in agrum Praesium deducta agi in titulo nostro. (Nam ipsam urbem Praesum, quam olim supplendam proposueram, ab Hierapytniis deletam esse iure monuit Blass. Tamen aliquamdiu eos Praesi habitasse, donec Romanorum arbitrio expulsi sint, non plane incredibile est.)

Denique urbem, in qua tertia columna statuenda esset, Olerum fuisse certum puto, cum utrique Hierapytnii sint qui foedus ineunt; nam ab his Minervam Oleriam imprimis cultam esse tradidit Steph. Byz. s. v. Ὦλερος (cf. Bursian II 579), id quod tituli Hierapytnii ad unum omnes comprobant; v. Blass. 5041, 11, 13, 19; ib. 5024, 62, 78; nostri tituli v. 12 (ἐν Ὠλέρωι iam restituit Boeckh).

Quod si recte haec exposui, certum habemus terminum post quem titulus incisus sit: bellum enim intestinum, quo Praesus

diruta est, paulo post Ptolemaei Philometoris mortem exarsit[1]) i. e. post annum 146—5[2]). Itaque haud ita multo post hunc annum titulus lapidi inscriptus esse putandus erit.

Appendix.

De Gortyniorum Aesculapi templo.

Inde a Nabero, qui in titulo Lyttio suppleri voluit ἐν Γόρτυνι ἐν τῶι ἱερῶι τῶ [Ἀσκλαπιῶ]⟨ι⟩ atque vice versa in cleruchorum titulo [ἐν Γόρτυνι] ἐν τῶι ἱερῶι τῶ Ἀσκλαπιῶ, hoc Gortyniorum Ἀσκληπιεῖον etiam ab aliis receptum est atque hucusque in enchiridiis occurrere solet. Et Preller-Robert[3]) et Thraemer[4]) eius mentionem faciunt, atque adeo Lebenaeum Aesculapi fanum a Gortynio conditum esse in peculiari commentatione enucleasse sibi visus est J. Zingerle[5]). Quamobrem pauca de hoc Gortyniorum Aesculapi templo addere liceat.

Quamvis enim Gortynios Aesculapium coluisse vel ideo maxime sit verisimile, quod Cretensium Gortynam ab Arcadum eiusdem nominis urbe, in qua Aesculapi templum fuisse constat, conditam esse apud ipsos fama erat[6]), tamen in ipsa urbe Gortynii Aesculapi templum habuisse non videntur, sed Lebenae in portu eorum eius dei fanum fuisse testantur praeter Pausaniam II 26, 9 et Philostratum Vit. Apoll. IV 34 p. 174 tituli nonnulli reperti in vico q. v. *Miamu* haud procul a promunturio *Leon*. Ipsius templi parietinae ab Halbherro ibi nunc inventae sunt[7]). Contra nullius sunt pretii ea testimonia, quibus in ipsa quoque Gortyna urbe eius fanum fuisse J. Zingerle probare volt: ac de

1) Dittenb. II² 929 v. 42 sq.
2) Strack Dynastie der Ptolemäer 184 et 198.
3) Mythol. Graec. I² 522, 3.
4) Pauly-Wissowa II p. 1670 n. 108 (s. v. Asklepios).
5) Athen. Mitt. XXI 78 sq.
6) Paus. VIII 53, 4.
7) v. Spratt Travels in Crete I 350; Baunack Philol. 48 (1889) p. 401—2; Halbherr Museo Italiano III p. 730 sq. et Rendiconti d. R. Accad. d. Lincei X 300 sq.

Xaberi quidem supplementis non puto verba facienda esse. Deinde adfert Ernesti Curtii commentationem[1]) de anaglypho quodam Gortynae reperto, in quo Aesculapius et Hygiea ficti sint: unde nil efficitur nisi Gortynios Aesculapium coluisse, id quod nemo in dubium vocavit. Tertius denique quem etiam Robert et Thraemer adhibent titulus fines testatur inter Gortynios Cnosiosque constitutos. Haec fere ibi leguntur (Blass. 5016, 4 sq.): κἄνδον καὶ ἐπὶ τὰν ἀγορὰν εὐώνυμο[ν (5) ἔ]χοντας τὸ πρυτανήιον ἐνς ὀρθὸν ἀν' [ἀμ]αξιτὸν ἐπὶ τὰν λίμναν κ[ἠ]πὶ τὰν πύλαν τὰν ἐπὶ [τὸν] 'Ασκαλπιὸν ἄγονσαν καὶ δι' ὁδὸν ἐς τὰν δεξι[ὰν] ἐπὶ τὸν θόλον . . . κἠς τὸν ῥόον . . . κἂν ῥόον . . . (12) ἄι ὕδωρ ῥεῖ ἐς τὸνς τῶν Ϝαξίων ὤρονς. Linea igitur quaedam recta definitur, quae pergat ab oriente ad occidentem versus solem usque ad Axiorum fines et Gortyniorum fines a Cnosiorum dividat (ib. v. 13 sq. τού[των] τὰ μὲν ἐς τὸν νότον ἔχοντα μέρια Γορτυνίων [ἤ][μ]εν πάντα, τὰ δ' ἐς τὸν βορέαν ἔχο(ν)τα μέρια [Κνω][σ]ίων ἤμεν πάντα). Itaque urbs illa, cuius Aesculapi templum esset, omnino non Gortyna erat, sed aliud oppidum inter Gortynam Cnosumque situm, per quod medium fines pergerent[2]). Hoc ita se habere ut tibi persuadeas, Cretae insulae tabulam inspexisse satis erit. Fortasse de Arcadibus cogitandum est, in quorum urbe inter Gortynam Cnosumque sita Aesculapi templum fuisse constat[3]).

His testimoniis adductum non puto quemquam sibi persuasurum peculiare habuisse suum in ipsa urbe Aesculapi templum Gortynios. Zingerle cum id pro certo habeat et cum in Pausaniae narratione a Balagraeis conditum esse Lebenaeum templum iure offendat[4]), a Gortynio illo hoc conditum esse contendit; probari hanc coniecturam dicit titulo Blass. 5088, cui

---

1) Arch. Zeit. X p. 417—9, cf. Ann. dell' Ist. 1845, 234.

2) Pari modo explicat Blass. Illam Thraemeri sententiam et ipse olim falso amplexus eram Mus. Rhen. 56, 589.

3) cf. decr. Arcadum Tei rep. Blass. 5178, 43 et 5185, 34. — *'Ασκλαπί[εια* Arcades celebrasse testatur foedus eorum cum Hierapytniis ictum Blass. 5044, 9.

4) Quae Pausanias tradidit, ex Istro Cyrenaeo fluxisse auctore Wilamowitzio (Isyll. p. 84, 61) probat.

inesse ipsam sacram de templo condito famam adfirmat. Ab Epidauriis enim denuo Lebenaeum fanum conditum Gortyniumque ita ab illo obumbratum esse colligit, ut ne testimonium quidem de eo aetatem tulerit. Sed cum Gortynae fuisse Aesculapi templum prorsus nullis firmetur argumentis, vel hac de causa perversa eius interpretatio tituli illius ferri nequit, nolim autem repetere quae et verborum significatione et ratione grammatica neglectis de illo protulit[1]). Immo antiquitus Gortyniorum 'Ασκληπιεῖον Lebenae in portu eorum fuisse putandum erit.

---

2. Latiorum et Olontiorum foedus. CIG II 2554, Blass. 5075.

Duo huius monumenti exempla aetatem tulerunt:

A. „*Tabula foederum . . . e marmore vetusto quo rusticus quidam in agro Cydoniensi . . . mensae in vicem utebatur, quod Franciscus Molinus dum Cretae proconsulari imperio praeesset, misit ad . . . Dominicum Molinum fratrem.*"

folium Venetum sec. Maittairium (v. i.).

Dominicum Molinum et hoc et alia monumenta imprimenda curasse in folio singulari, quod prodierit Venetiis circa annum 1623[2]), testantur Meursius (Creta Cyprus Rhodus p. 42), Selden

---

1) Titulo illo nil nisi aquam sacram a Soarcho sacerdote quadraginta septem annis post patrem denuo in templum ductam inlustrari recte intellegit Blass l. c., id quod comprobatur alio titulo ab Halbherro nuper publicato (Rendic. della R. Accad. d. Linc. X p. 296) in quo haec leguntur: *Σόαρχος Κυλίνδρου, ἀρχιερεὺς τοῦ κοινοῦ τῶν Κρηταιέων, ἐκ τῶν ἰδίων τὸ ὕδωρ εἰσήγαγεν.* Editor titulum ad Gortynium quendam aquae ductum refert; sed cum de loco, ubi repertus sit, parum constet („. . . trovato dai contadini presso il molino prima dei nostri scavi e portata nel villaggio di Ambeluso"), eum ad eundem Lebenaeum aquaeductum pertinere putaverim atque alium illum Soarchi titulum.

2) „circa annos abhinc triginta" Selden De synedriis II (1653) p. 836. Tamen aut Selden aut folii Veneti editor errasse videtur: nam Franciscus Molino insulae erat „provveditore generale" anno 1633 (Ongania La basilica di San Marco p. 36). Omnino falsum est quod adnotat Chishull Molinum Cretae fuisse proconsulem anno 1645. (Anno 1646 Venetorum dux creatus eoque munere functus est usque ad mortem 27. II. 1655, Romanin Storia di Venezia VII 368 et 427; cf. Comparetti Mus. Ital. I 141 adn. 2.)

l. l., Chishull (Antiquit. Asiat. p. 133), Maittaire (marmora Oxoniensia sec. edit. 1732 p. 596). Huius folii Veneti duorum omnino exemplorum habemus scientiam, quae olim exstiterint. Alterum Dominicus Molino misit Meursio, qui parvam iurisiurandi partem publicavit op. cit. p. 198. Ipsum illud Meursi exemplar periisse videtur [1]. Alterum a Molino habuit Selden, qui Latiorum iusiurandum inseruit operi suo l. c.; hoc Seldeni exemplum postea Georgius Harbin possidebat, qui et cum Chishullo et cum Maittairio communicavit. Ex hoc Seldeniano folio Maittaire l. c. se foedus edendum curavisse profitetur, *uti typis mandatum esset, at misere depravatum;* addidit praeterea eiusdem recensionem Chishullianam. Chishullus enim iam antea monumentum publicaverat (l. c.), sed coniectura usquequaque depravatum et modo maiusculis modo minusculis litteris exaratum, ita ut diiudicari ex eo omnino nequeat qualis fuerit folii Veneti recensio. Itaque cum Seldenianum folium ipsum quoque periisse videatur, Maittairius unus folii Veneti recensionem integram praebet. — Ex solo Chishullo Boeckh CIG II 2554. Ex Boeckhio Cauer del. [1] 43. — Ipsum lapidem anno 1728 etiamtum Venetiis exstitisse apud Molinos adfirmat A. Torres y Ribera [2]), sed illius aetate, i. e. sub finem XVIII. saeculi iam ex oculis evanuerat, cf. eiusdem Antiqu. Cretens. p. 29 [3]): „conquisivi studiosissime intentissimaque diligentia opem conferente Hieronymo Molino Gentis eiusdem: sed nullibi repperi“.

B. Tabula marmorea a. 1,60 m l. 0,655 m adservata hodie Venetiis in museo archaeologico Palatii Ducalis, in complures partes fracta atque cuius facies magna ex parte deleta est. Litterae sine

---

1) In bibliotheca academiae Soraniensis, cuius particeps usque ad mortem fuit Meursius, libri ab eo relicti non adservantur; Etiam bibliothecas et Hafniensem et Lubecensem frustra adii. Ne ex epistulis quidem Meursianis, quarum magnus est numerus, quidquam de hoc folio comperimus. [In bibliothecae regiae Universitatis Lipsiensis codice MS 355, olim n. 1274 multae exstant virorum doctorum ad Meursium epistulae autographae, inter quas nonnullae Dominici Molini. Omnes fere prelo mandatae sunt in Meurs. op. vol. XI (1762). Adhuc ineditae insunt circiter triginta. Editione illa neglecta quasi ineditas nonnullas publicavit Westermann progr. Lips. 1841.]

2) Cretae periplus p. 14.

3) ex Cobeti schedis Leidensibus. cf. Naber Mnemosyne II p. 31. Brieven van Cobet aan Geel p. 495.

apicibus, altae circ. 0,008 m.; versuum amplitudo circ. sexagenarum vel septuagenarum litterarum. Reperta est mense Augusto anni 1882 Venetiis in S. Marci basilica et parum adcurate edita a Comparettio Mus. Ital. I (1885) p. 141 sq., addita tabula phototypa; ex Comparettio Blass n. 5075. Cum Comparetti tum Blass multa restituerunt, sed uterque neglecto Maittairio. —

Ac quemadmodum idem foedus et folio et marmore Veneto contineri primo aspectu adparet, ita duo haec esse eiusdem foederis exempla evincitur. Nam folii Veneti verbis ad marmoris exemplar dispositis efficitur eiusdem fere magnitudinis illam Molini fuisse stelam, cuius sinistra pars superior magna ex parte deleta fuerit: versuum 6—13 exordia, deinde octo versus integri desunt, qui etiamnunc in marmore Marciano leguntur; v. 21 partim servatus est, deinde paulatim adcrescunt versus atque inde a v. 37 fere integri exstant. Cui imagini plane contraria est ea quam Comparetti marmor exhibet. Praeterea nonnullis locis lectiones discrepant et quidem hisce:

v. 1 *καὶ ἐπὶ σωτηρίαι* A, desunt in B.

v. 33 *Βο]λόεντα*, 39 *Βολόε[ν]τι*, ib. bis *Βολόντιον*, 69 *Βολοντίος*, 83 *Βολοεντί[ων* marmor; omnibus his locis fol. Ven. exhibet formas derivatas ab *'Ολοῦς*, *'Ολόντιος*.

v. 43 *αἰ δέ τίς τινα ἀδικήσαι* A, *αἰ δέ τίς κά τινα ἀδικήσηι* B.

v. 57 et 59 bis *καὶ ἐς* B, *κἠς* A id quod editoris coniectura natum esse haud facile tibi persuaseris.

v. 73 (*ὀμόσαι* usque ad *ὅρκον*) integer deest in B.

Quibus collatis nullam puto dubitationem fore, quin folium Venetum ex marmore Marciano descriptum putari nequeat: duo igitur sunt eiusdem foederis exempla. Ea in nonnullis rebus minoris momenti non ad syllabam consonare non est cur miremur; nihilominus alterum ex altero restituendum esse consentaneum est [1]). Itaque et Maittairio usus et ectypo chartaceo egregie confecto, quod mihi misit Nicolaus Barozzi musei archaeol. Palat. Duc. Venet. praefectus, monumentum denuo restituere conatus sum. Atque in ipsius foederis verborum contextu restituendo omnia quae hodie in marmore Marciano non leguntur uncis inclusa dedi, et quidem rotundis ( ) ea quae ex folio Veneto fluxerunt supplementa, quadratis [ ] quae coniecturae debentur.

---

1) Duo esse exempla iure Blassius quoque contendit; tamen ea minime ita ut ille voluit inter se discrepant. cf. adnot. crit.

'Αγαθᾶι τύχαι (καὶ ἐπὶ σωτηρίαι). τάδε (συνέθεν)το Λά(τιοι καὶ) 'Ολ(όντιοι κοσμιόντων ἐν Λατῶι ἐπὶ τῶν Ὑλλέων τῶν σὺν Πυλέ-
ρ)ωι τῶ Ταλλαίω μηνὸ(ς Θιο)δαι(σίω τριακάδι, ἐν δὲ 'Ολόντι ἐπὶ τῶν — — — τῶν σὺν Σωφρονίχωι τῶ
'Αρίστιος μηνὸς 'Ελουσ(ιν)ίω τρια[κά]δι, [φίλος] (καὶ συμμάχος ἀλλάλοις ὑπομενῆν ἁπλόως καὶ
ἀδόλως ἐς τὸν πάν(τα χρ)όν(ον κ)αὶ τ[ὸν αὐτὸν φίλον καὶ] (ἐχθρὸν ἑξῆν καἴ τίς κ' ἐμβαίνηι
ἐς τὰν τῶν Λατίων (χώραν ἢ ἀποτάμνηται χώρας τᾶς Λατίων ἢ φρώρια) [ἢ νά-
σος ἢ λ[ι]μ[έν]α[ς Λ]ατ[ίων κατα](λαμβάνηται) [βοαθησῆν τὸς 'Ολοντίος] (ἀπροφασίστως πάντας
παντὶ σθένει καὶ κ[ατὰ τὸ δυνατὸν τοῖς Λατίοις] (πολεμίοντας ἀπὸ χώρας). [ὡσαύτως
δὲ καὶ εἴ τίς κα ἐς τὰν [τῶν 'Ολοντί](ων χώραν ἐμβαίνηι ἢ ἀποτάμνηται) [χώρας τᾶς 'Ολοντίων ἢ φρώ-
ρια ἢ νάσος καταλα[μβάνηται ἢ λιμένας 'Ολοντίων, βοαθησῆν τὸς Λατίος] (ἀπροφασίστως
παντὶ σθένει καὶ κατὰ [τὸ δυνατὸν τοῖς 'Ολοντίοις] (πολεμίοντας πάντας ἀπὸ χώρας.) [ἐξέ-
στω δὲ τῶι βωλ[ο]μέ[νωι Λατίων ἐν 'Ολόντι πολιτεύεσθαι καὶ ἦμεν αὐτῶι γᾶς καὶ οἰκίας ἔγκτησιν
μετέχοντι θίνων κ[αὶ ἀνθρωπίνων πάντων, ὧν καὶ οἱ ἄλλοι 'Ολόντιοι μετέχοντι, κα-
τὰ ταὐτὰ δὲ ἐξέστω ('Ολοντίων τῶι βωλομένωι) [Λατοῖ πολιτεύεσθαι καὶ ἦμεν αὐτῶι ἔγκτησιν με-
τέχοντι θίνων καὶ ἀ(ν)θ(ρωπίνων) [πάντων ὧν καὶ οἱ ἄλλοι Λάτιοι μετέχοντι·
ἐξαγωγὰν δὲ ⟨ἦ⟩μεν τῶι τ[ε Λ]ατίωι ἐ[ξ 'Ολόντος καὶ τῶι 'Ολοντίωι ἐγ Λατῶ, κατὰ γᾶ-
ν μὲν ἀτελές, κατὰ θάλασσαν δὲ κατ[αβάλλονσι τὰ τέλια κατὰ τὸς ἑκατερῆ κειμένος νό-
μ[ο]ς, ὀμόσανσι ἐς ἰδίαν χρηίαν ἐξάγεν. [αἰ δέ τι κοινᾶι στρατευόμενοι ἕλοιμεν τῶν
πολεμίων, λανχάνεν ἑκατέρος κατὰ τὸς [ἕρ]π[οντας] ἄνδρα[ς. αἰ δέ κα πολεμίωντι ἑκατέ-
ραι πόλεις ἀπὸ χώρας, μὴξ(έσ)τω μηδατέρωι [σπο]νδὰς ἄ[γεν? μήτ' εἰρήναν τίθεσθαι, αἴ κα μὴ
κοινᾶι αἱ πόλεις βωλεύσωνται. ἐξορκιξάντων δὲ κα[τ' ἐνιαυτὸν τὰς ἀγέλας] (ἐν ἑκατέραι τᾶι)
πόλει[[ς]], ἐπεί κ' ἐγδρ⟨ά⟩μωντι, οἱ κόσμοι ἐπ' αὐτῶν κοσμιόντ(ων, παριόντων) [ἐν μὲν Λατῶι 'Ο-
λοντίων πρειγηίας, ἐν δὲ 'Ολόντι Λατίων πρειγη[ίας], καὶ τὰν συ[νθήκαν ἀναγινωσκόντων
καὶ τὸν ὅρκον τελισκόντων ἐμὲ[ν] Λατῶι ἐν τοῖς [Θ]ιοδασίοι[ς, ἐν δὲ 'Ολόντι ἐν τοῖς αὐτοῖς?

Folii Veneti lectio integra (usque ad v. 51) secundum Maittairium. (Marmoris Marc. versuum numeros uncis inclusos addidi.) *ΑΓΑΘΑι ΤΥΧΑι ΚΑΙ ΕΠΙΣΩΤΙΡΙΑι ΣΥΝΕΘΟΝΤΟ ΛΑΤΙΟΙ ΚΑΙ ΟΛΟΝΤΙΟΙ ΚΑΙ ΜΙΟΝΤΙΟΝΕΙ ΛΑΤΩΙ ΕΠΙ ΤΩΝ ΥΜΕΝΟΝΤΩΝ ΣΥΝ ΠΥΛΕ*(2)*ΡΩΤΩ* . . . . *ΜΗΝΟΣΟΙΟ ΛΑΛΟΣΙΣΤΡΙΑ ΚΑΙ ΔΙΕΝ ΔΕ ΟΛΟΝΤΙ ΕΠΙ ΤΩΝ ΛΑΤΙΩΝ ΣΥΝ ΣΩΦΡΟΝΙΧΩ ΤΩ* (3) *ΑΡΙΣΤΙΩΝΙ* . . . . . *ΚΑΙ ΛΕΥΣΙΝΙΩΝΙ* . . . *ΚΑΙ ΣΥΜΜΑΧΩΣ ΑΛΛΙΛΟΙΣ ΥΠΟΜΕΝΕΙΝ ΑΠΛΩΩΣ ΚΑΙ* (4) *ΑΔΟΛΩΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΠΑΝΤΑ ΧΡΟΝΟΝ ΚΑΙ ΑΠ* . . . *ΚΑΙ* . . . . *ΑΘΡΟΝΕΣ ΗΝ ΚΑΙ ΤΙΣ ΚΕΜ ΒΕΗ* (5) *ΕΙΣ ΤΑΝ ΤΩΝ ΛΑΤΙΩΝ ΧΩΡΑΝ* . . . . *ΟΤΑΜΝΗΤΑΙ ΧΩΡΑΣ ΤΑΣ ΛΑΤΙΩΝ Η ΦΡΟΥΡΙΑ* . . . . (6) . . . . *ΛΑΜΒΑΝΗΤΑΙ* . . . . *ΑΠΟΦΑΣΙΣ ΤΩΣ ΠΑΝΤΑΣ* (7) . . . . *ΠΟΛΕΜΗΟΝΤΕΣ ΑΠΟ ΧΩΡΑΣ* . . . . (8) . . . . *ΩΝ ΧΩΡΑΝ ΛΑΜΒΑΝΗ ΚΑΙ ΗΜΝΟΗΤΑΙ* . . . (9) . . . *ΑΠΟΦΑΣΙΣ* . . . . (10) . . . . *ΠΟΛΕΜΙΟΝ ΠΑΝΤΑ ΠΟΛΕΩΝ* . . .

(13) . . . *ΤΩ ΟΛΟΝΤΙΩΤΩ ΒΩΛΟΜΕΝΩ* . . . . . . (14) . . . *ΟΙΝΟΝ ΚΑΙ ΑΝΘΡΟΠΙΝΟΝ* . . (19) . . *ΕΝ ΕΚΑΤΕΡΑΙ ΤΑΙ* (20) *ΠΟΛΕΙ ΟΙ ΚΟΣΜΟΙ ΕΠ ΑΥΤΩΝ ΚΟΣΜΟΝΤΩΝ ΠΕΡΙΟΝΤΩΝ* . . . . (23) *ΘΕΟΔΑΙΣΙΟΙΣ*

Lect. Var. (A = folii Veneti archetypus, B = marmor Marcianum.)

1. *καὶ ἐπὶ σωτηρίαι* deest in B. — *τάδ[ε* Comp. — 3. *ὑπάρχεν* sine iusta causa Comp., probante Blassio.

13. δ' *ἐξέστω* Comp. — 15. *ΔΕΜΕΝ*; *δ'ἦμεν* Comp. δ' ⟨*ἦ*⟩*μεν* Blass. — 17. *⁄..ΞΟΜΟΣΑΝΣΙ*; *μ[ὴ ἐ]πομόσανσι* Comp.; inter *μ* et *ομοσανσι* ne plures duabus litteris suppleantur spatium vetat; ante *ο* fuit aut *σ* aut *ε*. — 19. *ΜΗΞΤΩ*. — *μηδατέραι* Comp., *μηδατέρο[ις* Skias *περὶ τῆς κρητικῆς διαλέκτου* p. 23. — *.ΙΔΑΣΑ*; *[μερ]ίδας ἀπ[οτάμνεσθαι* Comp. post *Α* videtur *π* fuisse; cf. adn. — 20. *ΕΞΟΡΚΙΞΑΝΤΩΝ*. *ἐξορκιζάντων* Comp., *-σάντων Σκιάς* l. c., *-ζ(ό)ντων* Blass. — 21. *ΠΟΛΕΙΣ* marmorarii errore, v. adn. — *ΕΓΔΡΜΩΝΤΙ*. — 23. *ΘΙΟΔΑΞΙΟΙ*.

παραγγελλόντων δὲ οἵ τε Λάτιοι τοῖς Ὀλοντίοις καὶ οἱ Ὀλόν[τιοι τοῖς Λατίοις] (πρόπεμπτον, ἐ-
πεὶ κα μέλλωντι ἀναγινώσ[κεν ἢ τ]ὰς ἀγέλας ἐξορκίζεν. εἰ δέ (κα) [μὴ ἐξορκίξωντι οἱ Λάτιοι
ἢ μ[ὴ] παραγγήλωντι ἐπὶ τὰ[ν] ἀνάγνωσιν τᾶς συνθήκας ἢ μὴ ἀν(α-γνῶντι) [τὰν συνθήκαν], (ἀποτε-
ισ[άν]των ὁ κόσμος ἕκα[στο]ς ἀργυρίω στατῆρας ἑκατὸν τοῖς Ὀ(λοντίοις. ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ Ὀ-
λόντιοι (εἰ μὴ) ἐξο(ρκίξα)ιεν τὰς ἀγέλας ἢ μὴ παρανγήλαι(εν ἢ μὴ ἀναγνοῖεν τὰν συνθή-
καν καθ[ὼς προγέγρα]πται, ἀποτεισάντων οἱ κόσμοι ἀρ[γυρίω στατῆρας ἑκατὸν
ἕκαστος [αὐτῶν τ]οῖς Λατίοις. καἴ κα κοσμίων (ἔλθ)ηι Λά(τιος ἐς Ὀλόντα ἢ Ὀλόντιος
ἐς Λατών, τ[ό τε ἡμά]τιον ἀφφανῶ [ἐ]χέτω καὶ ἑρπέτω ἐς (τὸ πρυτανήιον) [μετὰ τῶ κόσμω καθώς
κα οἱ [ἐς]..(ΑΛΛΟΠΗΙΟΝ ?) καὶ (ἐ)ς ποππὰν (ἕρπ)ωντι. αἰ δὲ πλίονεν ἕ(ρποιεν Λάτιοι κόσμοι ἐς Βο-
λόε[ντα] ἢ Ὀλόντιοι ἐ(ς Λατὼν), παρ' ἅ(τερο)ν? ἥ(σθ)ω ὀπῆ ἀ[ρ]χι-δίω[ς? — — —

(24) *ΠΑΡΑΓΓΗΛΛΑΝΤΕΣ ΔΙΕΙΝΤΕ ΟΛΟΝΤΙΟΙΣ ΠΕΜΠΕΙΝ Κ Α*(25)*ΠΙΤΑ ΜΕΛΛΟΝΤΙ ΑΝΑΓΙΝΩΣΚΟΝΤΙ . . . ΤΑΣ ΑΓΕΛΑΣ ΕΞΟΡΚΙΖΕΝ ΕΙ ΔΕ ΚΑΙ ΕΞΟΡΚΙΖΟΝΤΙ ΟΙ ΛΑΤΙΟΙ ΚΟΣΜΟΙ*(26)*Η ΜΗ ΠΑΡΑ ΓΗΛΛΟΝΤΙ ΕΠΙ ΤΑΝ ΑΝΑΝΤΙΩΣΑΝ ΤΑΣ ΣΥΝΘΗΚΑΣ Η ΜΗ ΑΝΑΓΝΩΝΤΙ ΑΠΟΤΕ*(27)*ΙΣΑΝΤΩΝ Ο ΚΟΣΜΟΣ ΕΚΑΣΤΟΣ ΑΡΓΥΡΙΩ ΣΤΑΤΗΡΑΣ ΕΚΑΤΟΝ ΤΟΙΣ ΟΛΟΝΤΙΟΙΣ ΩΣΑΥΤΩΣ ΔΕΚΑΙ ΟΙ Ο*(28)*ΛΟΝΤΙΟΙ Η ΜΗ ΕΞΟΡΚΙΣΙΕΝ ΤΑΣ ΑΓΕΛΑΣ Η ΜΗ ΠΑΡΑΓΓΗΛΑΙ Η ΜΗ ΑΓΝΩΟΝΤΙ ΤΑΝ ΣΥΝΘΗ*(29)*ΚΑΝ ΑΠΟΤΕΙΣΑΝΤΩΝ Ο ΚΟΣΜΟΣ ΕΚΑΣΤΟΣ ΑΡΓΥΡΙΩ ΣΤΑΤΗΡΑΣ ΕΚΑΤΟΝ* (30) *ΤΟΙΣ ΛΑΤΙΟΙΣ Η ΚΑΚΟΣΑΜΕΝΟΝ ΕΛΘΗ ΛΑΤΙΟΣ ΕΙΣ ΟΛΟΝΤΑ Η ΟΛΟΝΤΙΟΣ* (31) *ΕΣ ΛΑΤΙΟΝ ΤΟΤΕ ΕΣΤΕ ΠΡΥΤΑΝΗΙΟΝ ΚΑΙ ΑΛΛΟΠΗΙΟΝ ΕΣ ΠΟΜΠΑΝ ΕΡΠΟΝΤΙ ΑΙ ΔΕ ΠΛΙΟΝΕΣ ΕΡΠΟΙ ΕΝ ΛΑΤΙΟΙ ΚΟΣΜΟΙ* (33). . . *ΟΛΟΝΤΙΟΙ ΕΣ ΛΑΤΙΟΝ ΠΑΡΕΤΕΡΟΝ*

Βιολαείοι[ς Comp.; v. adn. — 26. ***παραγγέλλωντι*** Comp. — 28. *Π Α Ρ Α Ν Γ Η Λ Α Ι.* ***παρανγήλαν[τες*** Comp. — 32. *Κ Λ Ο Ι* . . . . — . . *Κ*; prima littera aut χ aut κ legenda est. — . . . . . . ***ἐ[ν ἑορ]τᾶι [ἐς] ποππὰ[ν ἕρπωντι]. αἰ δ'[ἐ]ς ἴδιον ἐν ἐ[κκλησίαι ἔλθοιεν*** Comp.; v. adn. — 33. *ΛΟΕ* certum est. ***Ὀλόντα*** Comp. Deinde ***παρ' ἀτέ[ρος ἥσθ]ω***

. . . . Ι Ι . . Η Ι Α . Ε Ρ' . . [αἰ] δέ τί κα [ἄγ?]ηται Λατίωι ἢ Βολοντί(ωι, ἐπιόντων οἱ πρείγιστοι
οἱ ἐ]πὶ τα[ῖ]ς εὐνομία[ις οἱ] ἑκατερῆ ἐρευνίοντες καὶ ῥυθμίττον[τες — — —
παρ'] αὐσαυτο[ῖ]ς καὶ τἆλλ(α) πάντα χρήμενοι, καθώς κα ἐπεικ[ὲς ἦι — — —
δὲ κ]αὶ τὰς ὁδὸς τὰς (ξενι)κὰς θίνας. αἰ δέ τίς κά τινα ἀδικήσηι ἐν τα(ύταις ταῖς ὁδοῖς,
ἀποτεισάτω ἑξαπ(λόα τὰ π)ρόστιμα δίκαι νικαθές. ἦμεν δὲ καὶ ἐπιγα-(μίας ἀλλάλοις. κύρι-
ον δ' ἦμεν τὸν Λά(τιον ἐν) Βολόε(ν)τι πορτὶ τὸν Βολόντιον καὶ τὸν Βολόντιον π(ορτὶ τὸν Λά-
τ)ιον ἐν Λατῶι καὶ (πωλίο)ντα δι(ὰ τ)ῶ χρηοφυλα(κ)ίω καὶ ὠνιόμενον καὶ δανί(ζοντα καὶ
δανιζόμεν(ο)ν καὶ τἆλλ(α πάντα σ)υναλλ(άττον)τα κατὰ τὸς τᾶς π[ό]λι[ος] (νόμος
τὸς ἑκατερῆ κει(μ)ένο(ς. ἑρπόντων) δὲ καὶ (ἐς τὰ)ς ἑ(ορτ)ὰς οἱ μὲν Λάτιοι ἐ(ς Ὀλόντα ἔς τε τὰ Θιοδάσια κἦς

ΗΣΘΟΝ ΟΠΗΙ ΚΑΙ ΙΔΙΩΤΑΙ (34) *ΕΠΙΩΝΤΩΝ ΟΙ ΠΡΕΙΓΙΣΤΟΙ ΟΙ ΕΠΙ ΕΥΝΟΜΙΑΣ ΟΙ ΕΚΑΤΕΡΟΙ ΕΡΕΥΝΙΟΝΤΕΣ ΚΑΙ ΡΥΘΜΙΖΟΝΤΕΣ ΤΩΣ* (36) *ΠΑΡΑ ΤΩΣ ΑΥΤΟΙΣ ΚΑΙ ΤΑΛΛΑ ΠΑΝΤΑ ΧΡΗΜΕΝΟΙ ΕΝ* (37) *ΔΕ ΤΑΙ ΟΔΩΙ ΤΑΣ ΞΕΝΙΚΑΣ ΘΗΝΑΣ ΑΙ ΔΕ ΤΙΣ ΤΙΝΑ ΑΔΙΚΗΣΑΙ ΕΝ ΤΑΥΤΑΙΣ ΤΑΙΣ ΟΔΟΙΣ* (38) *ΑΠΟΤΕΙΣΑΤΟ ΕΞΑΠΛΑ ΤΑ ΠΡΟΣ ΤΑΛΛΑ ΔΙΚΑΙ ΝΙΚΑΩΣΙ ΟΙ ΚΡΙΤΑΙ ΚΑΙ ΕΠΙΓΑΜΙΑΣ ΑΛΛΑΛΟΙΣ ΚΥΡΙ-* (39) *ΟΝ ΔΗ ΜΕΝ ΤΟΝ ΤΕ ΛΑΤΙΟΝ ΕΝ ΟΛΟΝΤΙ ΠΟΤΙ ΤΟΝ ΟΛΟΝΤΙΟΝ ΚΑΙ ΟΛΟΝΤΙΟΝ ΕΝ ΛΑΤΙΩ ΠΟΤΙ ΤΟΝ ΛΑ* (40) *ΤΙΟΝ ΚΑΙ ΠΟΛΙΟΝΤΙ ΔΙΑ ΤΑ ΧΡΕΩΨΙΑ ΚΑΙ ΩΝΙΟΜΕΝΟΝ ΚΑΙ ΔΑΝΕΙΖΟΝΤΑ ΚΑΙ* (41) *ΔΑΝΕΙΖΟΜΕΝΟΝ ΚΑΙ ΤΑ ΑΛΛΑ ΠΑΝΤΑ ΣΥΝΑΛΛΑΤΤΟΝΤΑ ΚΑΤΑ ΤΩΣ ΤΑΥΤΑ ΝΟΜΩΣ* (42) *ΤΩΣ ΕΚΑΤΕΡΕΙ ΚΕΙΜΕΝΩΣ ΕΡΠΟΝΤΩΝ ΔΕ ΕΣ ΤΑΣ ΕΩΡΤΑΣ ΟΙ ΜΕΝ ΛΑΤΙΟΙ ΕΣ ΟΛΟΝΤΑ ΕΣ ΤΑ ΩΓΥΔΑΙΣΙΑ ΚΑΙ ΕΣ*

ὅπηι ἂν χιδιῶ[ται id., cf. adn. — 34. ***πρειγ]ηίας ἕρ[πωντ]ι. [αἰ] δέ τι κ[λ]έψηται*** id., ***τί κ[α ὄλ]ηται*** Blass. — 35. ***ἐπὶ τᾶ]ς εὐνομία[ς, ῥυθμίζ[οντες*** Comp. — 36. *Α . Ξ Α Υ Τ Ο . Σ.* ***παρ[ά [τ]ε αὐτὸς*** Comp. (v. adn.) — ***κρήιμενοι*** id. — *Ε . ΙΕ Ι Κ*; ***ἐπεικ[ὲς ηι*** rest. Buecheler, ***ἐν ἐκ[ατέραι*** Comp. — 38—39 ***κύριο[ν δ'*** id.; verba in versuum fine secundum syllabas distribuuntur. — 39—40. ***Ὀλόντι, Ὀλόντιον*** etc. A. — 40. ***χρηωφυλακίω*** Comp. — 42. ***ἐς Ὀλόντα*** deest in B. —

τὰ Βριτομάρπεια, (ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ ᾿Ο)λό(ντιοι) [ἐς Λατὼ]ν ἔς τε τὰ Θιοδάσια κ[ῆ]ς — — — καὶ θίασον ἀγόν[των] . . . . ΕΙΔ. . . . ΑΣΑΝ . . . . ω[ν καὶ θ]υόντων [καὶ τἆλλα κατὸ νομι-ζόμενον. εἰ δέ (τ)ί κα δ(όξηι ταῖ)ς πόλεσι βωλουσ(αμέναις) [ἢ ἐξ]ελ[ὲν] (ἢ) ἐνγράψ(αι, ὅτι μέν κ᾿ ἐξέλοιεν, μή-τε ἔνορκον μήτε ἔνθινον ἦμεν, ὅτι δέ κ᾿ ἐνγρ(άψα)ιεν, ἔνθινον (καὶ ἔνορκον ἦμεν. ἀνγρά-ψαι δὲ καὶ τὰν συνθήκαν ἐς στά[λαν] (λιθί)ναν καὶ ἀνθέμεν ἑκατέρος ἐν τᾶι (πόλι, οἱ μὲν Λάτιοι ἐν τῶι ἱαρῶι τᾶς ᾿Ελ[ε]υθ[υί]ας, οἱ δὲ ᾿Ολόντ(ιοι ἐν τῶ)ι Ζην(ὸ)ς τῶ Ταλλαίω. θέμεν δ(ὲ καὶ ἄλλας στάλας, τὰν μὲν Κνωσοῖ ἐν τῶι (ἱαρῶι τ)ῶ ᾿Απ(έλλωνος τῶ Δ)ελ(φι)δίω, τὰν δὲ (. . . ἐν ἑκατέραι πόλι ἐν τῶι ἱαρῶι τᾶς ᾿Αθανα[ί]ας [τᾶς Πολιάδος ἐς] (τὸν τόπο)ν τῶν (δραπετικῶν σωμάτων.

---

(43) *ΤΑΡΡΙΤΑ . . . ΩΣΑΥΤΩΣ ΔΕ ΚΑΙ ΟΙ ΟΛΟΝΤΙΟΙ.* (44) . . *ΕΝ ΤΟΙΣ ΘΕΟΙΣ ΜΑΛΑ ΤΩΝ ΝΟΜΙΖΟΜΕΝΩΝ ΕΙ ΔΕ ΤΙ ΚΑΔΟΞΗ ΤΑΙΣ ΠΟΛΕΣΙ ΚΟΛΕΥΣΑΙ ΕΝΑΙΣΙΜΟΝ ΕΣΘΩ Η ΕΠΙ ΓΡΑΨΑΙ ΟΤΙ Δ ΑΝ Κ ΕΞΕΛΘΙΕΝ ΜΗ* (46) *ΤΕ ΕΝΟΡΚΟΝ ΜΗΤΕ ΕΝΟΙΝΟΝ ΜΗ ΕΠΙΓΡΑΨΑΙ ΕΝΟΙΝΟΝ ΚΑΙ ΕΝΟΡΚΟΝ ΕΙΜΕΝ ΑΝΓΡΑ* (47) *ΨΑΙ ΔΕ ΤΑΝ ΣΥΘΗΚΑΝ ΤΑΥΤΑΝ ΕΝΟΙΝΟΝ ΤΑΝ ΘΕΜΕΝ ΕΚΑΤΕ-ΡΟΙ ΕΝ ΤΑΙ ΙΔΙΑΙ ΠΟΛΕΙ ΟΙ ΔΕ ΛΑΤΙΟΙ ΕΝ* (48) *ΤΩ ΝΑΩΙ ΠΩΣΙΔΩΝΟΣ ΚΑΙ ΟΛΟΝΤΙΟΙ ΕΝ ΤΩ ΙΕΡΩ ΤΩ ΖΗΝΟΣ ΤΩ ΤΑΛΛΑΙΩ ΘΕΜΕΝ ΔΕ ΚΑΙ ΑΛΛΑΝ ΣΤΑΛΑΝ ΤΑΝ* (49) *ΜΕΝ ΕΝ ΚΝΩΣΩΙ ΕΝ ΤΩΙ ΙΑΡΩΙ ΤΩ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΚΑΙ ΔΕΛΦΙΝΙΟΙ ΤΑΝ ΘΗΚΑΝ ΕΝ ΤΩΙ ΙΑΡΩΙ ΕΝ ΕΚΑΤΕΡΑΙ ΤΑΙ ΠΟΛΕΙ ΕΝ ΤΩΙ* (50) *ΙΑΡΩΙ ΤΑΣ . . . ΠΑΝΤΟΓΙΟΝ ΤΩΝ ΔΡΑΠΕΠΙΚΩΝ ΣΩΜΑΤΩΝ.*

(Inde a versu 51 folii Veneti varietatem tantum lectionis infra addidi.)

---

43. *Θιοδαίσια* Comp. — 44. lacunam i. a. *ἀγόν[των* u. a. . . *οντων* indicat Comp. — 45. *ΕΙΔΕΙΚΑ*. *εἰ δέ τ[ί κα ἰδίαι αἱ] πόλεις β[ω]λούσ[ωνται ἐ]ξε[λὲν ἢ] ἐπιγράψαι [ἢ διορθῶσαι μή]τε ἔνορκον μήτε ἔνθινον ἦμεν, ὅτι δέ κ᾿ ἐνγρά[ψαι κοιν]ᾶι [κ᾿ ἔν]ορκον [ἦμεν κ᾿ ἔνθινον* parum adcurate Comp. — 47. *ἐν τᾶι ἰδίαι πόλι Α*, *ἰδίαι* deerat in B. — 49. verba *ἐν τῶι ἱερῶι* dittographia in fol. Ven. iterum addita sunt. — 50. *μετὰ τῶν συμβ]όλων τῶν δρα[πετ]ικ[ῶν* Comp. Neque in ectypo neque in tabula phototypa praeter *ΝΤΩΝ* quidquam perspicitur. —

῞Οροι τᾶς Λατίων χώρας. ἀπὸ θα(λάσσας ἂμ ποταμ)ὸν τὸν Κυμαῖον ἇι ὕδ[ωρ ῥεῖ καὶ ἐπὶ τὸς Ε . . . ἐπὶ | τὰν ῾Ιππάγ(ρα)ν κῆς τὸν Βέν-κασον καὶ ἀπὸ τᾶς ἐπι)τολᾶς τῶ Βενκά(σ)ω ἐκ τᾶς πέτρας περιαμ- | πέτιξ ἐς τὰν ἄλλαν πέτρ(αν, ἇι ἁ ταινία παρ᾿ ἀτέρω) ἔχει, καὶ τουτῶ κατ(ὰ τᾶς κεφαλᾶς τᾶν ναπᾶν | τᾶν ἐμ Μίτοις καὶ ἐς . . . . τῶ πάλαι Χερσώτα . . . . || ξακωνος αϛ . . . Ι . . . . [τὰν κεφ]αλὰ[ν] τᾶν ναπᾶν τᾶν ἐπ(άνω τῶ ῾Ερμᾶ καὶ περιαππ|έτιξ ἐπὶ τὸ ἄν(τρον . . . . . . καὶ ἐς τὰν ὁδ)ὸν τὰν ΔΙΛΛΛΞΟΝ ἄγον(σαν κῆς τὸν Θινόμαρον | καὶ ἐς τὰν κε(φαλὰν) . . . . κάτω τῶ Κνά(φω καὶ το)υτῶ ἐς τὰν πέ(τραν ἐς τὸν Παχύναμον | ἐς τὰν σκοπὰ(ν καὶ τουτῶ) ἐπὶ τὸ ἐξέδριον τῶ Κατανῶ ἧ αἱ θῆκαι ἐν(τὶ καὶ ἐς τὰν κάτω ἁλικὰν | καὶ ἐς τὰν ἄν(ω ὠίαν τᾶς) πέτρας καὶ ἐς τὸν Βοίνωπα καὶ ἐς τὰν ῾Ι(ππασίαν καὶ ἐς τὰν ὁδὸν || τὰν ἄγο(νσαν ἐπὶ ῎Ακιμ)ον καὶ ἐς ᾿Ιελκέτας ἐπὶ τ(ὸς) Κωρῆτα(ς καὶ ἂν ῾Ελλῆν ἐς τὸ κοῖλον | ἇι ὕδωρ ῥεῖ (κῆς τὰν Σωρ)άσαν κῆς τὰν ὁδὸν κῆπ᾿ ἐλάφω λίμνα(ν κῆς τὰν δηράδα κῆς τὸν ᾿Α|χερδόεντα (κῆπ)ὶ Διὸ(ς ἄκρον κῆ)πὶ δορείαν κῆς κυρτά[ρπ]αξον (κῆς τὸν κατα-

---

Var. lect.

51. *τᾶς Λατίων πόλεως* A (fol. Ven.) — *ΠΟΤΑΜΟΝ ΤΟΝ . . . . . ΚΑΙ ΕΠΙ ΤΩΣ Ε . . . ΕΠΙ* (52) *ΤΑΝ ΥΠΠΑΓΡΑΝ* fol. Ven. — 53. *περιαμ|πέτις* Comp. Ultima littera videtur ξ fuisse. Mox *ΕΙΑ ΤΑΙΝΙΑ ΠΑΡΑΤΕΡΩ ΚΑΙ* fol. Ven., *[ἇι ἁ ταινία παρα]τρέχει* Comp., *ἇι ἁ ταινία . . . . . . χει* Blass. Deinde *ΤΟΥΤΩ ΤΩ ΕΠΙ ΤΑΣ ΚΕΦΑΛΑΣ ΤΑΝ ΝΑΠΑΝ ΤΩΣ ΕΡΕΙΠΙΩΝΑΣ ΜΕΣΑΣ ΕΣ ΤΑΝ ΚΕΦΑΛΑΝ ΤΑΝ ΕΠΑΝΩ ΤΩ ΕΡΜΑ κτἑ.* fol. Ven.; in marmore hoc eodem ordine haec disponi nequeunt, videnturque corrupta esse in fol. Ven. — 56. *ΑΓΟΙΙΞ* marmor, *ΔΙΑΛΛΑΞΟΝ ΑΜΠΕΤΙΞ ΕΠΙ ΤΟ ΑΝΤΡΟΝ . . . . ΑΠΟΝΣΑΝ* fol. Ven., in quo verba *ἐπὶ τὸ ἄντρον* dittographia nata esse apertum est. *ἄγ[ουσαν* perperam Comp., cf. adn. ad. v. 60. — 57. *Ι.ΝΑ* marmor, *ΚΝΑΦΩ* fol. Ven., *Γνάφω* Comp. — 58. *ΕΞΕΔΡΙΟΝ ΤΩ ΚΑΤΑ ΝΩΤΤΙΑΙΟΝ ΚΑΙ ΕΝΤΙ* fol. Ven. — 59. *ΕΣ ΤΑΝ ΕΠΑΝΩ ΩΙΑΝ* A (fol. Ven.) — 60. *ΑΓΟΙ* marmor, *ΑΓΟΥΣΑΝ* fol. Ven., *ἄγου[σαν* Comp., cf. v. 56. — *ΑΚΙΜΙΝ*, *ΙΑΛΚΕΤΑΣ* fol. Ven., *᾿Ιελβέτας* Comp., — *ΕΣ ΚΟΛΟΝΑ ΔΩΡΙΣΙ* fol. Ven., unde *κολ[ων]ὸν* Boeckh Comp. Blass, quod spatio videtur paulo maius esse. — 61. *ΚΗΣ ΤΑΝ ΗΥΜΝΗ Τ ΑΛΛΑ ΚΗΣ ΣΩΡΟΣΑΝ* f. Ven., quae marmoris lacunae non aptant; verba *κῆς* usque ad *αλλα* videntur defuisse in B. — *ΚΗΠΙ ΤΑΝ ΛΙΜ ΝΑΝ*, 62 *ΑΧΕΡΔΟΕΝΤΑ*, *ΔΩΡΗΙΑΝ*. *ΚΥΡΤΟΡΑΞΟΝ*, *ΚΑΤΑΡΑΘΜΟΝ*, *ΠΕΡΙΑΜΠΕΤΙΞ* fol. Ven. *᾿Αχερλόεντα* Comp., *-δόεντα* restit. Blass. Deinde lacunam indicat usque ad

βαθμὸν καὶ πε|ριαππέτις ἐ(ς τὸ)ν Σπιν(όεντα κἠς τὰ)ν Συωνίαν κ(ἠς τὸν Ἄρακα κἠς Χαμβρίτρασον ἅι | ὕδωρ ῥεῖ ἐ(ς τὰς) πριν(οέσσας κἠς) τὰν Δατ(τάλλαν κἠς τὸν περιστεριῶνα καὶ περιαππ||έτις ἅι αἱ (σ)τεφ(άναι κἠς τ)ὰ(ν Δα)νάρπαξ(ον καὶ ἐς τὰν Αἴγυρον ἅι αἱ στεφάναι ἐς Παμφυρί|ασον κἠ(ς τ)ὰν ὁδὸν τ(ὰν δα)μοσίαν κἠς (τὸν Ἐπαθέντα κατὰ ῥάχιν ἐς Συάφνας τὰς ἄνω | καὶ) κατὰ ποταμὸ(ν ἐς Κορδωί)λαν καὶ ἂν (ῥάχιν ἐς Λαγινάπυτον ἐπὶ τὸ ἄντρον κἠς Καλλιόρα|σον ἐπὶ τὸ ἄντρον (κἠς Με)ταλλάπ(υτον ἐπὶ τὸν ποταμὸν κἂν τὸν ῥόον ἐπὶ τὸ Στιώτιον καὶ | τῶδε ἂν ῥάχιν ἐπὶ τ(ὸν Ἀκ)άμαντα. Ὅροι Λατίων πορτὶ Βολοντίος. ἀπὸ θαλάσσας ἐς Πλυμ||ῶν' ἀρράχιν ἐπὶ τὸ ἀρ(χ)αῖον Ἀφ(ροδίσιον καὶ τουτῶ ΩΣΤΩΔΕΡΕΩ θήνω τῶ τεμένιος οἱ ὅροι οἱ | ἐς τὸν βορέαν ἔχοντες κἠς (τὰν Αἱρεπῶ κἠς τὰν Πρυμνίτισσαν κἠπὶ τᾶς κολώνας κἠς | τ(ὰ)ν περίβασιν κἠς Ἀρχελάρ(χαν ἐς τὰν δηράδα ἐπ' ἀρτίων πρίνων κἠς τὸν Ἀκάμαντα. | (Ὀμόσαι τὸς Λατίος τοῖς Ὀλοντίοις καὶ τὸς Ὀλοντίος τοῖς Λατίοις τὸν ὑπογεγραμμένον ὅρκον.| Ὅρκος Λατίων. ὀμνύω τὰν Ἱστία(ν καὶ τὸν Ζῆνα τὸν Κρηταγενία καὶ τὰν Ἥραν καὶ τὸν Ζῆ||να τὸν Ταλλαῖον καὶ τὸν Ποσειδᾶ(ν καὶ τὰν Ἀμφιτρίταν) [καὶ τὸν Ἀπέλλωνα τὸν Πύ|τιον καὶ Λατὼν κἄρτεμιν καὶ Ἄρ(εα καὶ τὰν Ἀφροδίταν καὶ τὰν Ἐλεύθυιαν καὶ τὰν Βριτό|μαρπιν καὶ Ἑρμᾶν καὶ Κωρῆτας καὶ (Νύμφας καὶ τὸς ἄλλος θιὸς πάντας καὶ πάσας· ἦ | μὰν ἐγὼ τοῖς Ὀλοντίοις ἐμμε(νίω ἐν τᾶι φιλίαι καὶ συμμαχίαι καὶ ἰσοπολιτείαι | καὶ τοῖς ὅρκοι(ς) ἐμμενίω κα(ὶ βοαθησίω ἁπλόως καὶ ἀδόλως καὶ κατὰ γᾶν καὶ κατὰ || θά)λασσαν καἴ τίς κα πολε(μίων Ὀλοντίοις ἐφέρπηι ἐπὶ πόλιν ἢ ἐπὶ χώραν ἢ ἐπ' ὠρεῖα ἢ | λι)μένας τὸς τῶν Ὀλοντίων, (καὶ οὐ προλειψίω οὔτε ἐν

Var. lect.

κἠ]πὶ Δορείαν Comp. — 63 *ΣΥΟΝΙΑΝ*, 63/4 *ΑΝΑΩΡΡΕΙ*, 64 *ΔΗΤΑΛΛΑΝ*, 65 *ΔΑΝΙΠΑΣΟΝ*, *ΕΙ* (pro ἅι), 66 *ΠΑΜΦΥΡΙΑΣΟΝ ΕΣ ΤΑΝ ΛΙΜΝΑΝΚΗΣ*, 67 *ΔΙΑ ΡΑΧΙΝ*, 68 *ΤΟΝ ΑΝΤΡΟΝ, ΚΑΝΤΙΟΝ ΡΟΟΝ* fol. Ven., *κατὰ τὸν ῥόον* Comp. 69 *ΟΛΟΝΤΙΩΣ*, 70 *ΠΛΥΜΟΝ ΑΝΡΑΧΙΝ*, *ΟΡΟΙΦΙ*, 71 *ΔΩΡΕΑΝ . . . ΕΧΟΝΤΕΣ ΚΗΠΙ ΤΗΣ ΚΑΛΟΛΑΚΚΗΣ ΤΑΝ* fol. Ven., *τᾶς Καλολάκκας* Boeckh, Comp., Blass. — 72. *Α Ρ Χ Ξ Λ Α Ι* marmor, *Ἀρχελάκ[καν* Comp. v. 73 integer deest in B. *ΟΜΩΣΑΙ*, *ΤΩΣ ΛΑΤΙΩΣ*, *ΟΛΟΝΤΙΩΣ* fol. Ven. — 74. *ΕΣΤΙΑΝ* fol. Ven., *Ἑστίαν* Comp. — *ΟΜΝΕΩ*, *ΚΡΗΤΟΓΕΝΙΑ* fol. Ven., cf. adn. — 75—6. *ΑΜΦΙΤΡΙΤΑΝ ΚΑΙ ΤΑΝ ΧΑΤΩΝ ΚΑΡΤΕΜΙΝ*, *ΕΛΕΥΣΙΝΑΝ* fol. Ven., vid. adn. — 77 *ΒΡΙΤΟΜΑΡΤΙΝ*, *ΤΩΣ ΑΛΛΟΣΙΩΣ* fol. Ven., *ἄλλως [σ]ιώς* Boeckh, Comp., *θιὸς* Blass. — 78 *ΙΣΟΠΟΛΙΤΙΑΙ*, 80 *ΚΑΙ ΕΠΙΣ*, *ΠΟΛΕΜΙΟΝ*, *ΜΕΦΕΡΠΗΙ*, 81 *ΤΩΣ*, *ΠΤΟΛΕΜΩΙ*,

πολέμωι οὔτε ἐν εἰρήναι, ἀλλ' ἐμ|με)νίω ἐν τοῖς ὅρκοις τοῖς σ(υγκειμένοις δίκας τε καὶ πράξεις διδόναι καθὼς | κα) συνθιώμεθα. εὐορκίο(ντι μὲν ἦμεν πολλὰ καὶ ἀγαθά|, ἐπιορκίοντι δὲ τὰ | ἐν)αντία. ὅρκος Βολοεντί(ων ὁ αὐτός.

(Ἐπὶ κοσμιόντων τῶν σὺν Μαι|ναίωι τῶ Χαιρνητάδα | μηνὸς Λατίω Θερμολαίω δε|κάται, ἐν δὲ Ὀλόντι ἐπὶ τῶν σὺν Κρατίνωι τῶ Ἀρι|στωνύμω μηνὸς Ἡραίω δε||κάται, ἔδοξε Λατίοις καὶ | Ὀλοντίοις κοινᾶι βωλευ-|σαμένοις προσθέμεν πρὸς τὰν φιλίαν καὶ συμ|μαχίαν καὶ ἰσοπολιτείαν| καὶ πρὸς τἆλλα φιλάν||θρωπα τὰ γεγονότα ταῖς | πόλεσι, καὶ τὰ νῦν δόξαν|τα προσγράψαι πρὸς τὰς | παρ' αὐσαυτοῖς στάλας | χρήσιμα ὄντα καὶ συμ||φέροντα, ὅπως μᾶλλον αὔ|ξηται ἁ φιλία.)

Adnotationes.

v. 1. ἐπὶ τῶν Ὑλλέων restitui ex fol. Ven. lectione ΥΜΕΝΟΝ, cf. titulum Latium Blass. 5077 ἐπὶ τῶν Ὑλλέων κοσμι[όντων τῶν σὺν] Κυδάννωι κτέ. E certis quibusdam gentibus olim creatos esse Cretensium cosmos testatur Arist. Pol. II 7, sed inde a medio fere III a. Chr. saec. ex universi populi phylis creati esse videntur (v. Gilbert Gr. Staatsalt. II 226, Busolt Gr. Gesch. I[2] 347. Swoboda Griech. Volksbeschl. p. 164 sq.). Certe illarum sive gentium sive phylarum in singulis urbibus haec adhuc innotuerunt nomina:

Ὑλλῆς: Lati l. c.
Δυμᾶνες: Gortynae Blass. 5016, 22; ib. 5019; 5146, 5.
Πάμφυλοι: Cnosi Blass. 5015, 4; Oleri ib. 5102.
Αἰθαλῆς: Gortynae Leg. Gort. (Blass. 4991) V 5, Amer. Journ. of archaeol. sec. ser. I p. 188 n. 17; Cnosi Blass. 5146, 9; Dreri ib. 4952; Mallae ib. 5101.

---

82 *ΤΟΙΣ ΣΥΓΚΕΙΜΕΝΟΙΣ ΟΡΚΟΙΣ*, *ΔΙΔΩΣΑΙ ΚΑΘΩ ΚΑΙ ΣΥΝΘΗΩΜΕΘΑ* fol. Ven., *διδωσίω* Boeckh, Comp., Blass. — 83 *ΕΦΟΡΚΙΟΝΤΙ*, 84 *ΟΛΟΝΤΙΩΝ* fol. Ven. — vv. 85 sqq. uno folio Veneto traditi sunt, unde versus distribui. In exemplari B aut in altera lapidis facie aut in alio lapide scripti erant. — 85 *ΕΠΙ ΚΟΣΜΩΜΕΝ ΤΩ ΗΣΙΡΜΑΙΝΑΙΩ ΤΩ ΧΑΙΡΝΗΤΑ ΔΑΜΗΝΥΣΕΤΙΩ ΘΕΡΜΟΛΑΙΩ*; *μηνὸς Ἐτεοθερμολαίω* Chishull, unde *ἐν Λατῶι θερμ.* Boeckh, Blass. — 89 *ΑΡΙΣΤΟΝΥΜΩ* — 98 *ΤΑΣ ΠΡΕΡΑΥΣ ΑΥΤΟΙΣ ΣΤΑΛΑΣ*, unde *προϋπαρχώσας* Chishull, Boeckh, Blass. v. adn. v. 36. — 100 *ΑΥΞΙΤΑΙ*.

Αἰσχῆς: Lati ib. 5080, Amer. Journ. of arch. sec. ser. II p. 73 n. 7; Αἰ]σχῆς Mus. Ital. III 650.
Ἐχανορῆς: Lati Blass. 5076.
Δεκ[. . . Gortynae ib. 5023.
. . .]τίδαι Axi BCH IX 13 adn.

Olontiorum eiusmodi nomen adhuc non novimus neque ex fol. Ven. lectione ΛΑΤΙΩΝ id restitui potest. Fortasse τῶν αὐτῶν restituendum.

Atque foedera Cretensium hoc modo incipere solent, ut cosmi temporis definiendi causa tantum indicentur neque ipsius psephismatis formula addatur (v. Swoboda op. c. 248 „Beurkundung ohne Beisetzung des Praescripts“, qui exempla composuit ib. p. 251). Praeter has formulas κοσμιόντων ἐπὶ τῶν δείνων τῶν σὺν τῶι δεῖνι et ἐπὶ κόσμων τῶν σ. τ. δ. occurrit etiam haec ἐπὶ τᾶς ἀρχηίας κοσμιόντων τ. σ. τ. δ. (Gortynae Blass. 5007 et 5018, Lytti Churmuzes Κρητικά p. 59, Cnosi Inschr. v. Magnes. 67 = Blass. 5155 v. 9)[1]).

Addi solent mensium nomina, et quidem utriusque urbis, cum unumquodque Cretensium oppidulum sua habuerit mensium nomina atque „ut nomina diversa sic ne cycli quidem intercalarii iidem fuerint in singulis urbibus“ (Dittenberger Syll. II² 514 adn. 29). Quam ob rem de Cretensium fastis perpauca comperta habemus, nolim autem repetere quae subtili computatione de iis enucleasse sibi visus est Homolle (ad titul. Delium BCH III 290 sq.): nam cum in Priansiorum et Hierapytniorum symbolo (Blass. 5040) haec constituantur (v. 57) ὑπὲρ δὲ τῶν προγεγονότων ἀδικημάτων . . . ποιησάσθων τὰν διεξαγωγὰν οἱ . . . κόσμοι ἐπ' αὐτῶν κοσμόντων et paulo infra ὑπὲρ δὲ τῶν ὕστερον ἐγγινομένων . . . διεξαγόντων ταῦτα ἐπ' αὐτῶν κοσμόντων (sicut ex Atheniensium quoque usu erat, v. Schoemann-Lipsius Griech. Altert. I⁴ 509), idem fieri in illo Cnosiorum de Latiorum et Olontiorum controversiis arbitrio Deli reperto (BCH III 290, v. Blass. 5149) adfirmat, atque inde eius computatio proficiscitur.

1) *ἄρχοντας* praeterea invenimus Itani Mus. Ital. III p. 564 n. 1 et Praesi (ib. 600 n. 29) et in titulis aevi imperatorum. Praeterea **δαμιοργοί** occurrunt apud Olontios (Blass. 5104 a 31; 35; b 1, 19, 35, 61) et Polyrenios (Blass. 5117 a et b), quorum eandem fuisse provinciam consentaneum est.

Neque tamen ullo illius tituli loco haec verba (ἐπ' αὐτῶν κοσμιόντων) leguntur, atque adparet aliud esse de litibus inter duarum urbium cives iudicandis aliquid in perpetuum constitui, aliud certae unius litis inter ipsas duas urbes arbitrium ad tertiam aliquam deferri; quamvis igitur probata et Bischoffio (Stud. Lips. VII p. 385) et Dittenbergero (l. c. adn. 17) incertissima puto quae protulit, neque omnino ad paucos quos novimus Cretensium menses in anni spatio disponendos materia adhuc sufficit.

Hosce sibi respondisse menses colligere licet:

Latiorum		Olontiorum		Cnosiorum		Gortyniorum
Θεσμοφόριος	=	Ἀπελλαῖος	=	Νεκύσιος	=	Ἀ]μ[υ]κλα[ῖ]ος
tit. nostr. v. 87, Blass. 5149, 58		ib., ib.		Blass. 5149, 58, 5016, 26		ib., ib.
Θερμολαῖος	=	Ἡραῖος		?		?
tit. nostr. v. 87		ib.				
Θιοδαίσιος	=	Ἐλευσίνιος	=	Σπέρμιος		?
Blass. 5149, 7, tit. nostr. v. 2		ib., ib.		Blass. 5149, 6		
. . αρ . ωβιάριος	=	Δελφίνιος	=	Καρ[ώ]νιος		
Blass. 5149, 22		ib.		ib. 21		
				(*Κ*]*ορώνιος*	=	*Λεσχανόριος*)
				ib. 5015, 28		ib. 5015, 26

Praeterea nil constat nisi menses Θεσμοφόριον Ἀπελλαῖον Νεκύσιον „aut proximos esse post Atheniensium Pyanopsiona aut eosdem, i. e. nostrorum fastorum Octobrem aut Novembrem“ (Dittenberger l. c.).

v. 4. ΕΜΒΕΗ fol. Ven., unde ἐμβέῃ Boeckh, Comparetti, Herforth (De dial. Cret., Diss. Hal. vol. VIII p. 227), Blass (Gr. Gr. I² 382 s. v. βάω et in editione tituli l. c.). Recte Blass. dicit praesens desiderari, itaque βέῃ a verbo quodam *βάω derivat, quod Cretice legitime abierit in βέω. Saltem cum Ahrensio (De dial. Dor. 312) ἐμβῆι scribendum erat. Sed praesens βαίνω Cretensibus erat usitatum, cf. συμβαίνη(ι) Dittenb. II² 929 = Blass. 5060, 101. Genuina lectio patet ex v. 8, quo ΧΩΡΑΝ ΛΑΜΒΑΝΗ ΚΑΙ ΗΜΝΟΗΤΑΙ exhibet fol. Ven.: unde ἐμβαίνηι restitui.

v. 10—14. Supplevi. De civitate invicem danda agi nostro loco adparet verbis μετέχοντι θίνων κ[αὶ ἀνθρωπίνων, de quibus cf. Szanto Griech. Bürgerr. 75 „diese Formel ist nicht nur

technisch die Formel für das Vollbürgerrecht, sie erschöpft auch völlig alle Merkmale desselben": quamobrem aut πολίταν εἶναι aut πολιτεύεσθαι supplendum est.; quamvis his verbis omnia civium iura ac negotia comprehendantur, tamen saepissime etiam singula quaeque enumerantur, sic ut fit in nostro titulo. — Ad ipsa verba cf. foedus inter Tylisios et Axios Cretenses Blass. 5132, 4 ἐξέστω δὲ πολιτ[εύεσθαι τῶι βωλομένωι Τυλισίωι Ϝαξοῖ καὶ Ϝαξίωι Τ]υλισοῖ, καὶ μετέχ[ειν . . .; foedus Aetolorum et Ceorum Dittenberger Syll. I² 247 v. 12 et 25 δεδόσθαι δὲ αὐτοῖς καὶ πολιτείαν ἐν Ναυπάκτωι καὶ γᾶς καὶ οἰκίας ἔγκτησιν, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὤνπερ οἱ ἄλλοι Ναυπάκτιοι μετέχουσιν, τοὺς Κε[ίους μετέχ]ειν. — Tit. Cnosiorum Ditt. II² 722, Blass. 5150 v. 32 πεδέχειν θίνων καὶ ἀνθρωπίνων πάντων ὧν καὶ αὐτοὶ Κνώσιοι πεδέχοντι·; Ditt. II² 472 ὧν καὶ οἱ λοιποὶ πολεῖται μετέχουσιν. — cf. Demosth. 59, 104; Altert. v. Pergam. VIII 1 n. 5, ib. n. 156; Ditt. n. 216, 24 et 934 et titulorum honor. et proxen. inmensum numerum. De voce θῖνος pro θεῖος in similitudinem verbi ἀνθρώπινος formata cf. Solmsen K. Z. 32, 537.

v. 13. Enuntiatum integrum ne suppleatur idem atque v. 11 spatium vetat.

v. 15 sq. Supplevi. cf. foedus Gortyniorum et Lappaeorum Blass. 5018, 15; foed. Lyttior. et Olont. (v. i. p. 51) v. 3. Eodem modo restituit Blass, nisi quod inseruit ἐξάγεν δὲ κατὰ γᾶ]ν μὲν κτέ. Sed obstat spatium, itaque neutrum ἀτελές (v. 16) ad totum spectare enuntiatum adgnoscendum erit (nisi forte ἀτελὲς marmorarii errore pro ἀτελεῖ scriptum est; neutrum ἀτελές adverbii vice fungi, id quod putaverit quispiam, ex usu horum titulorum probari nequit); sane verborum structura parum adcurata est, tamen eiusmodi ἀνακόλουθα haud raro occurunt in his titulis (cf. e. gr. Blass. 5018 τῶι τε Γορτυνίωι . . . καὶ Λαππαίωι . . . καταβαλλόντανς).

v. 17—19. Supplevi. Eodem modo Blass, nisi quod ἕλοιεν praetulit, cf. foed. Lytt. et Hierapytn. Blass. 5041, 7 εἰ δέ τί κα θεῶν ἱλέων ὄντων λάβωμεν ἀπὸ τῶν πολεμίων, λαγχανόντων κατὰ τὸ τέλος ἑκάτεροι. — Foed. Mallaeorum et Lyttiorum Blass. 5100, 5 αἰ δέ τι κοινᾶι στρατουόμε[νοι θιῶν] θελόντων ἕλοιμεν τῶν πολεμίων, . . . λ[αγχανόν]των ἕκαστοι τὰ μέρια κατὰ τὸς ἄ[νδρας] τὸς ἕρποντας. Blass. 5040, 52.

v. 18—19. Supplevi. Similiter Blass adnot. ad v. 17. De bello externo coniunctis viribus gerendo agi demonstrant verba ἀπὸ χώρας. Qualis fuerit lex cognoscitur ex titulis similibus, velut Blass. 5041, 8 μὴ ἐξέστω δὲ ἰδίαι μήτε πόλεμον ἐχφέρεσθαι χωρὶς μήτε εἰρήναν τίθεσθαι, αἴ κα μὴ ἀμφοτέροις δόξηι. — Foed. Athen. et Thessal. CIA IV 2, 59 b (Ditt. I² 108) v. 31 τὸν δὲ πόλεμον τὸν πρὸς Ἀλέξανδρον μὴ [ἐξεῖν]α[ι] κ[αταλ]ύεσθαι [μήτε] Θετταλοῖς [ἄ]νευ Ἀθηναί[ων μήτε] Ἀ[θην]αίοις ἄ[νευ τοῦ ἄ]ρχοντος καὶ τοῦ κοινοῦ [τῶν Θετταλῶν], Thucyd. VIII 37 τὸν δὲ πόλεμον τὸν πρὸς Ἀθηναίους . . . κοινῇ ἀμφοτέρους πολεμεῖν· ἢν δὲ κατάλυσιν ποιῶνται, κοινῇ ἀμφοτέρους ποιεῖσθαι, al. — Itaque [σπο]νδὰς certum puto; deinde ἄγε[ν proposui, quod tamen contra Comparettium qui ἀπ[exhibet pro certo non adfirmaverim, cum post α litterae prope evanuerint. ([σπο]νδὰς ἀπ[οδέξασθαι quominus restituatur spatium videtur prohibere).

v. 20—21. Supplevi. De iureiurando more sollemni a 'gregibus' praestando agi idque cosmis fuisse quotannis accipiendum efficitur collato v. 28. Subiectum igitur enuntiati inest voci οἱ κόσμοι neque alter sive nominativus sive accusativus πόλεις verborum structurae aptus est. Genuinam lectionem servavit fol. Ven. ΕΝ ΕΚΑΤΕΡΑΙ ΤΑΙ ΠΟΛΕΙ; itaque lapicidae error statuendus est, quem facilius feremus si meminerimus et alia eius menda et v. 19 et 21 eodem fere marmoris loco bis πόλεις legi, unde facile illius oculi aberrare potuerint. Deinde e folii Veneti verbo περιόντων (cum Blassio) restituendus est genetivus q. d. absolutus παριόντων . . . πρειγηίας, cf. foed. Lytt. et Mall. Blass. 5100, 20 ἀναγινωσκόντων δὲ τὰν [σ]τάλαν κατ' ἐ[νιαυ]τὸν Λυττοῖ μὲν . . . [πα]ριόντων τῶν Μαλλαίων κτλ. Quaeritur de ΕΓΔΡΜΩΝΤΙ. Comparettii ἐ(φα)ρμῶντι iure refutavit Blass, sed quod ipse proposuit ἐκδύσωντι ut sensui optime aptum est ita lapidi parum convenit. ἐγδρ(ά)μωντι legendum opinor, id quod recte restituit, sed perperam ad cosmos rettulit Skias (περὶ τῆς κρητ. διαλ. 23) idem hoc verbo significari ratus atque alibi verbis οἱ κόσμοι αἴ κ' ἀποστᾶντι i. e. cum magistratu se abdicarint: ut revera haec voci ἐγδραμεῖν vis inesse possit, tamen plane contraria sunt verba ἐπ' αὐτῶν κοσμιόντων. Itaque ad ἀγέλας respiciunt. Atque quo melius intellegantur, paulo fusius de puerorum educatione Cretensium exponendum erit. Tres fuisse gradus aetatis adulescentium Cretensium traditur: infantes una cum

patre domi degerunt, unde σκότιοι[1]) adpellabantur vel ἀπάγελοι, cum nondum epheborum sodalicii participes essent. Anno XVI perfecto in iuvenum collegia recipiebantur, quae ἀγέλαι audiebant, denique tertium aetatis gradum nacti ex his 'gregibus' discedebant atque sui iuris cives fibebant[2]). Praeterea Aristophane Byzantio auctore (p. 84 sq. Fresen.) ἐν … Κρήτῃ ἀποδρόμους (τοὺς ἐφήβους καλοῦσι) διὰ τὸ μηδέπω τῶν κοινῶν δρόμων μετέχειν. Iure denique Gortynio reperto addidicimus vocem δρομεύς.

Iam vero satis discrepant virorum doctorum sententiae de ratione quae intercedat inter hos gradus. Atque hae fere sunt gravissimae: adulescentes inde a decimo septimo annò perfecto in ἀγέλας recipi atque δρομέας fieri eiusdemque gradus esse significationes verba et ἀπάγελος et ἀπόδρομος contendit Zitelmann[3]). Similia protulerunt Busolt, Gilbert, Thumser (in antiquitatum Graecarum enchiridiis) quique novissimus de ea re scripsit Szanto[4]). Contra Wachsmuth[5]) ita eos disposuit: 1. ἀπάγελος, 2. ephebi, qui ἀγελᾶται vel ἀπόδρομοι adpellati sint, 3. δρομεῖς. Simile Lipsii[6]) est iudicium.

Iam vero certissimum neque cuiquam dubitatum est vocem δρομεύς in lege Gortynia significare civem sui iuris. Quaeritur de apodromo et agelao. Vel Aristophanis verbis ἀποδρόμους τοὺς ἐφήβους καλοῦσι cum Hesychii ἀγελά⟨ου⟩ς[7])· τοὺς ἐφήβους collatis effici puto eiusdem fuisse aetatis utranque significationem.

---

1) Schol. Eur. Alc. 989 *Κρῆτες δὲ τοὺς ἀνήβους σκοτίους λέγουσιν.*

2) v. Ephor. ap. Strab. X 480, 16 *τοὺς μὲν παῖδας εἰς τὰς ὀνομαζομένας ἀγέλας κελεῦσαι φοιτᾶν.* ib. 483, 20. — Heraclid. Pont. q. d. (F. H. Graec. III 211) *οἱ παῖδες οἱ ἐν Κρήτῃ μετ' ἀλλήλων διαιτῶνται . . ., ἀθροίζονται δὲ ἀγέλαι τούτων.* — cf. Nicol. Damasc. ib. III 459.

Hesych. s. v. *ἀγελά⟨ου⟩ς· τοὺς ἐφήβους. Κρῆτες. — ἀπάγελος· ὁ μηδέπω συναγελαζόμενος παῖς· ὁ μέχρι ἐτῶν ἑπτακαίδεκα. Κρῆτες.*

3) „Das Recht von Gortyn", suppl. vol. XL (1885) Mus. Rhen. p. 60 sq.

4) v. Pauly-Wissowa Encyclop. real. s. v. *ἀγέλη, ἀγέλαστος, ἀπάγελος, ἀπόδρομος.*

5) Nachr. d. Gött. Ges. d. Wiss. 1885 p. 200 sq.

6) v. Schoemann Griech. Altert. I[4] 316.

7) *ἀγελάστους* libri; *ἀγελά⟨ου⟩ς· τοὺς* collato Dreriorum titulo (Blass. 4952) correxit Lipsius l. c.

cf. praeterea Strab. X 482 γαμεῖν μὲν ἅμα πάντες ἀναγκάζονται οἱ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐκ τῆς τῶν παίδων ἀγέλης ἐκκριθέντες cum Leg. Gort. VII 36 αἰ δέ κ' ἀπόδρομος ἰὸν ὁ ἐπιβάλλον ὀπυίεν ἐβίον ἐβίονσαν μὲ λῆι ὀπυίεν, ἐπὶ τᾶι πατροιόκοι ἔμεν τὰ κρέματα πάντα … πρεὶν κ' ὀπυίει· αἰ δέ κα δρομεὺς ἰὸν ὁ ἐπιβάλλον ἐβίονσαν λείονσαν μὲ λῆι ὀπυίεν, μολῆν τὸς καδεστάνς, … ὁ δὲ [δ]ικαστ[ὰς] δικ[αδδέ]το ὀπυίεν ἐν τοῖ[ς] δ[υ]οῖς μενσί: apertum est plane idem valere et Strabonis verba οἱ ἐκ τῶν παίδων ἀγέλης ἐκκριθέντες et legis Gortyniae δρομεὺς ἰὸν ὁ ἐπιβάλλον: ἀπόδρομος cogi non potest ut in matrimonium ducat, dum δρομεύς fiat: simulac δρομεύς factus est, aut filiam heredem uxorem ducere aut de iure suo cedere debet. E verborum contextu certo efficitur, ut hi duo gradus, δρομεύς et ἀπόδρομος, proxime excipiant, alius nullus intersit: itaque ἀπόδρομοι sunt agelarum sodales (qui n o n d u m δρομεῖς sunt). — Ac ne quis offendat in hac praepositionis ἀπὸ in verbo composito vi, prohibetur docta Aristophanis Byz. explicatione l. c., cf. Bücheler-Zitelmann Das Recht v. Gortyn p. 13.

His satis congruunt quae ex nonnullis Cretensium foederibus addiscimus. Constitui solet ut universa civitas in foederis verba iuret, deinde ut quotannis in populi contione foedus a cosmis recitetur, denique ut quotannis adulescentes e gregibus discessuri idem iusiurandum praestent. cf. Blass. 5100, 16 ναωσάν]των δ' ὁ κόσμος κατ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν [τὰν ἀγέ|λαν τὰν τόκα ἐσδυομέ[να]ν, iusiurand. Dreriorum (ib. 4952): … τὸγ κόσμον, αἴ κα μὴ ἐξορκίξωντι τὰν ἀγέλαν τοὺς τόκα ἐγδυομένους, id quod recte enarravit Lipsius (Schoemann[4] I 316) „die Kosmen werden verpflichtet, alljährlich die aus den Agelen Austretenden (cf. ἐκδύειν· ἐξελθεῖν Hes.) auf die … Verträge zu vereidigen, … wobei die Agela als Jahresklasse erscheint", sed perperam pergit „während anderswo einfach die Vereidigung der Agelen angeordnet wird": duorum quae adfert huius rei exempla alterum est tituli nostri recensio Chishulliana, alterum mutilissimum Arcadum et Hierapytniorum foedus Blass. 5044, 30 sq., ubi restituendum esse adfirmaverim κ]ατάπερ εἰ τὰν ἀγέλαν [μὴ ἐξορκίξαιεν τὰν τόκα ἐσδυομέναν κατ' ἐ]νιαυτὸν ἕκαστον κτέ.

Adparet porsus eandem inesse vim voci ἐγδυομέναν atque Strabonis illis οἱ ἐκ τῶν παίδων ἀγέλης ἐκκριθέντες, eandemque nostro loco voci ἐγδρ(α)μεῖν vindicemus oportet, quam ex ipsorum Cretensium more explicaverim: cursus quosdam ephebis finito

ephebiae tempore alibi quoque perficiendos fuisse scimus, cf. titulos epheborum Atticorum velut CIA II 1, 470 v. 20 ἐπειδὴ οἱ ἔφηβοι . . . ἔδραμον τὴν λαμπάδα, . . . ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς ἄλλους δρόμους τοὺς ἐπιβάλλοντας ἑαυτοῖς. — ib. 467 v. 12 συνετέλεσαν δὲ καὶ τοὺς δρόμους τοὺς ἐν τοῖς γυμνασίοις καὶ τοῖς λοιποῖς ἀγῶσι ἅπαντας. Itaque cum Cretenses ab ipsa currendi disciplina deprompserint verba δρομεύς et ἀπόδρομος, hoc ipsum „finito ephebiae tempore ex agela exire“ significari opinor verbo ἐγδραμεῖν scil. ἐκ τῆς τῶν παίδων ἀγέλης.

Ceterum tales voces non plane eaedem videntur fuisse apud omnes Cretenses: δρομεῖς praeter Gortynios adhuc innotuerunt apud Cnosios et fortasse Hierapytnios (Blass. 5073, 8). Apud Drerios ephebi ἄζωστοι adpellabantur, v. iusiur. Drer. m. l.

v. 23. Non cum Comparettio B]ιολαείοι[ς legendum, sed Θ]ιοδασίοι[ς restituendum esse docet, praeter fol. Ven. lectionem ΘΕΟΔΑΙΣΙΟΙΣ, v. 43 Θιοδάσια (ubi Θιοδαίσια perperam Comparetti).

ib. αὐτοῖς supplevi. Quominus plures sex litteris restituantur spatium prohibet, et Olontios quoque Theodaesia celebrasse docet v. 42.

v. 24. πρόπεμπτον supplevi, quod aliquatenus conveniat folii Veneti lectioni ΠΕΜΠΕΙΝ. Tempus quo nuntius quotannis mittendus sit adcuratius definiatur oportet, cf. Blass. 5040, 41 προπαραγγελλόντων ἀλλάλοις πρὸ ἁμερᾶν δέκα, ᾗ κα μέλλωντι ἀναγινώσκεν. Ad ipsam formam cf. πρότριτον Blass. 4986, 5, προτέταρτον ib. 4992, Leg. Gort. XI 53, προδέκατον Blass. 5017, 9.

v. 31. τ[ό τε ἡμά]τιον ἀφφαν[ῶ ἐ]χέτω supplevi. τ[ό τε συσσί]τιον ἀφφάνω ἐχ. Comp., qui ita explicat „pare un avverbio di luogo e parebbe riferirsi ad un luogo eminente riserbato alle magistrature“. At non συσσίτια sed ἀνδρεῖα appellabantur Cretensium cenae publicae, neque omnino cosmi eorum participes erant, qui in prytaneo cenabant (Blass. 5101, 38 σίτησις ἐμ πρυταν[είω]ι μετὰ τῶν κόσ[μων). Denique adverbia loci in ω desinentes semper significant locum ʻundeʼ.

Veram lectionem suppeditat Bergmanni titulus (Blass. 5024) A 58 (sec. Voretzschii recensionem, qui denuo Bergmanni ectypon inspexit, cf. Kret. Staatsvertr. p. 18, v. s. p. 18 adn. 1): ἐχέτω τὸ ἡμάτιον ἀμφανῶ, [ὅ τε Γορτύνιος καὶ ὁ Ἱεραπύτνιος Πριανσιοῖ καὶ ὁ Π]ριανσιεὺς Γόρτυνι. Perperam autem Vor. „ἡμάτιον“ ab ἆμαρ derivans explicat: „ἡμερήσιον Tagelohn, Diäten“. ἡμάτιον legitime forma Cretica dicitur quod attice ἱμάτιον, in Doride q. d. mitiore εἱμάτιον erat [Ϝεῖμα L. Gort. III 38 al.]. Quo collato cum titulo nostro [ἡμά]τιον certum est. Cosmus igitur certa quadam veste indutus iubetur in alteram urbem venire, neque hoc ea tantum de causa, ut honore insigni adficiatur in altera urbe (id quod constituitur Blass. 5040, 33), sed hac veste indutus esse iubetur αἴ κα κοσμίων (non κόσμος) ἔλθηι, i. e. si cosmus ut publicus magistratus (nostra lingua „in seiner Eigenschaft als κ.“) veniat in alteram urbem. Quaeritur quomodo id fieri potuerit. Atque illo Bergmanni tituli loco agi de lege iudiciaria efficitur verbis ἐπικριτήριον (v. 52 et 53) et κατὰ τὸ διάγραμμα (56). Etiam inter Latios Olontiosque de iurisdictione mutua aliquo modo convenisse docent tituli vv. 38 (δίκαι νικαθές) et 82 (δίκας δὲ καὶ πράξεις διδόναι), ac cum in nostro titulo de hac re nil adcuratius definiatur, iam antea peculiare pactum de litibus iudicandis factum fuisse videtur. Minime enim iuris condicio ipsa q. d. isopolitia involvitur. Etsi enim et negotia contrahere et apud alterius urbis iudicem actiones instruere utriusque urbis civibus civitate data licebat, tamen ne suae ipsius urbis civibus iudices faverent, de iurisdictionis potestate proprias leges urbes ferre solent[1]). Ad iudicis igitur negotium nostrum quoque locum spectare collato Bergmanni titulo certum videtur[2]), itaque voci κοσμεῖν eadem fere vis tribuenda erit atque δικάζειν et statuendum alterius urbis cosmos in altera iudicis munere functos esse. Utrumque comprobari videtur titulo quodam antiquissimo Gortynio (Blass. 4985), in quo

1) foed. Mess. et Phigal. Ditt. I^2 234, 9 *ἔδοξε τᾶι [πόλι τᾶι Μ]εσσανίων ἦμεν τοῖς Μεσσανίοις κα[ὶ τοῖς Φια]λέοις ἰσοπολιτείαν καὶ ἐπιγαμία[ν ποτ᾽ ἀλλ]άλως. ποιήσασθαι δὲ καὶ συνβολάν . . .*; cf. Meister Ber. d. sächs. Ges. d. Wiss. 48 (1896) p. 30, Szanto Griech. Bürgerr. p. 88 sq. Velut Hierapytnii et Priansii postquam (Blass. 5040, 69) de civium iuribus ac negotiis singula quam adcuratissime constituerunt, de litibus iudicandis decernunt, ut utriusque urbis cosmi tertiam urbem eligant, cui causas publicas dirimendas *κατὰ τὸ δοχθὲν κοινᾶι σύμβολον* tradant, quae spectare videntur ad alterum foedus iam antea ab iis initum, i. e. Bergmanni titulum.

2) Cosmos fuisse iudiciorum principes satis notum est, cf. Blass. 5040, Leg. Gort. XI, 5.

haec leguntur (v. 4 sq.) τὸν δὲ σταρταγέταν καὶ τὸν κοσμίοντα, ὅς κ' ἄγε[ι 'Ριττ]έναδε, κοσμὲν πεδὰ τõ 'Ριττενίο κόσμο τὸν μὲ πειθόμενον τõ πο[? . . ., δ]αμιõμεν δὲ δαρκνάν . . . αἰ δὲ πλίον δαμιό[σ]αι, . . . κσενείαι δίκαι [δι]κάδεθαι. Titulus qui continere videtur Gortyniorum et Rhizeniorum symbolum perquam mutilus neque hucusque satis explicatus est, sed hoc quidem adparet Gortynium cosmum apud Rhizenios iudicis munere fungi et vocibus κοσμέν atque paulo infra δικάδεθαι idem fere negoti significari. Itaque nostrum locum intellegam: si alterius urbis cosmus ut iudicis munere fungatur in alteram veniat, veste quadam iudicis (vel cosmi) propria indutus esto[1]). Ipsius formae intellegendae viam aperuit Buecheler, qui nil aliud significari docuit nisi τὸ ἱμάτιον ἀναφανδὸν ἐχέτω (vel ἐμφανῶς) 'suam (cosmicam) praetextam palam habeat': vetus adverbium fortasse analogiam οὕτω ἄνω ὀπίσω similium adverbiorum imitatum. — Dubium igitur videtur esse, num cohaereant cum hoc adverbio glossae aliquot Creticae vestimenti quoddam genus significantes, quas propter litterarum similitudinem huc referre proclive est:

ἀμφινῶ· τοὺς χιτῶνας [ἢ φελῶνας] Κρῆτες [φελώνην λέγουσιν] Hes. (Schmidt).
ἀμφεώτας· ὁ κρητικὸς χιτών id.
'Αμφώτας· χιτών τις λέγεται. καὶ 'Αμφίνω τις Et. M. 93, 16.

Vocem φελώνη (i. e. φαινόλης, paenula) iniuria proscripsit Schmidt; inde quale vestimentum glossator significaturus fuerit satis adparet. Collatis titulis nostris fortasse legendum est: ἀμφηνῶ· τοὺς χιτῶνας . . . et ἀμφώτας· χιτών τις. λέγεται καὶ ἀμφηνῶ [τις].

Ea quae secuntur verba v. 32 αἰ δ' ἐς ἴδιον legi voluit Compar., ut essent contraria illis καἴ κα κοσμίων ἔλθηι (si cosmus magistratus . . ., sin privatus veniat). Sed ΔΕΠΛΙΟΝΕΝ in lapide certum est probaturque folii Ven. lectione ΠΛΙΟΝΕΣ (de forma in -εν cf. Wackernagel Verm. Beitr., progr. Basil. 1897 p. 41; exempla v. apud Herforth. 232, Boisacq. 155). Fortasse hoc

1) Propriam fuisse apud Cretenses iudicis vestem comprobari puto verbis Poll. VII 77 *ἐκαλεῖτο δέ τι* (scil. *ἱμάτιον*) *καὶ Κρητικόν, ᾧ 'Αθήνησιν ὁ βασιλεὺς ἐχρῆτο.* — De habitu externo cosmorum praeterea nil scimus nisi quae tradidit Seneca controv. IX 4, 19 'mos autem est barbam ac capillum magistratui Cretensium summittere'.

quoque loco κοσμίοντες legendum est (κόσμοι fol. Ven.); nam fol. Veneti editor hanc formam omnino non intellexit (cf. v. 1 et 85).

v. 33. De verbis restituendis despero. Propter singularem numerum ἤ[σθ]ω aliud desideratur subiectum atque οἱ κόσμοι· id quod Boeckh proposuerat παρ' ἕ[να ἑκά]τερον „uno . . . excepto" vel hac de causa ferri nequit.

Deinde ἂν χ' ἰδιώ[ται Comp.; at non ἂν sed κα Cretica particula est. αἴ κ' ἰδιῶ[ται proposuit Blass. Sed ΧΙΔΙΩ certum est, itaque ἀ[ρ]χιδίω[ς proposui collato Blass. 5149, 3 δόμεν αὐτοῖς ἐξαρχίδιον τὰν ἐπιτροπάν.

De totius loci sensu benigne Buecheler mecum communicat sibi videri agi de aequando vicissim iure magistratuum utriusque civitatis secundum dignitatem: si plures κοσμοῦντες, alter alteri adsideat, singuli Latii singulis Olontiis secundum dignitatem. ('Reih um je nach dem Rang, je ein Latier mit einem Olontier'.)

v. 34. De vi illata alterius urbis civi ab altero verba fieri videntur, atque cum in aliis eiusmodi titulis prohiberi soleat ne quis quidquam pro arra adimat neve retineat, [ἄγ]ηται proposui. Nam quod usitatum est verbum συλᾶν (velut Blass. 5100, 8) structurae verborum non aptum est. ἄγεν de rebus inanimis usurpatum v. Leg. Gort. V 36, XI 42. cf. E. Meyer Forsch. z. alt. Gesch. I (1892) p. 309.

v. 34—35. οἱ πρείγιστοι οἱ ἐπὶ ταῖς εὐνομίαις: magistratus alioquin ignotus, qui ipse quoque iudicis munere in certis quibusdum litibus videtur functus esse. Szanto l. c. eius provinciam adumbrat verbis „kriminelle Voruntersuchung".

v. 36. αὐσαυτο[ῖ]ς restitui collato v. 89, ubi eandem formam servavit fol. Ven. — αὐσαυτός· Κρῆτες καὶ Λάκωνες Hesych; cf. Kuehner-Blass. I p. 600, 6. Aliud exemplum Creticum est ὑπὲρ αὐσαυτᾶς εὐχάν in tit. Eleuthern. CIG 2566 = Blass. 4959 (ita apogr. cod. Vatic. 1759, [ἑ]αυτᾶς male mutavit Boeckh, αὐσ. restituit Σκιάς; cf. Ziebarth Mus. Rhen. 54 p. 492). In titulo Blass. 5149, 23 aetatis paulo recentioris legitur αὐτοσαυτοῖς (i. e. ἀλλάλοις).

ἐξαπλόα τὰ πρόστιμα recte Blass.; cf. ἁπλόον L. Gort. VI 23 al., διπλόα Blass. 4952 d 3. ΕΞΑΠΛΑ fol. Ven., unde ἕξαπλα Chish., Boeckh, Comp.

v. 43. Olontios quoque Θιοδάσια celebrasse efficitur ordine

qualis est in fol. Ven.: nam TAPPITA ex TABPITOM· corrupta sunt, praeceditque ΘΕΟΔΑΙΣΙΑ.

v. 45—46. Supplevi. cf. foed. Hierap. et cleruch. p. 24 v. 8 sq. et adnot. p. 26. — (κ' ἐξέλοιεν,) κ' ἐνγρ(άψαιεν): offendit modus optativus bis cum particula κα coniunctus; legitime in periodi hypotheticae protasi aut optativus particula κα omissa aut coniunctivus eadem addita ponitur. Utrumque dicendi genus in lege Gortynia eandem vim habere, posteriore autem tempore hunc optativi usum decrevisse apud Cretenses ostendit J. M. Stahl[1]). Sed illum quidem usum (scil. optativi cum particula modali coniuncti) in titulis Graecis recentioribus non inauditum esse exemplis nonnullis adlatis effecit R. Meister[2]), ac nostro loco cum utrumque foederis exemplum et optativum et particulam praebeat, in ipso archetypo eandem fuisse verborum structuram adparet, sive hoc antiquioris usus vestigium est (sicut Meister volt) sive recentioris neglegentiae. Quamobrem num recte F. Solmsen Mus. Rhen. LIX (1904) p. 167 sq. in tituli Epidaurii CIG Pel. 951 (= Dittenberger II ² 802) v. 60 verbis αἴ κα ὑγιῆ νιν ποιήσαι formam ποιήσαι coniunctivo aoristi vindicaverit, dubito. (Quod autem in titulo Cretico antiquiore Blass. 4998 — leg. Gort. muri septentr. — III 7 legitur αἴ κα τετράπος . . . παρκαταθ[ε]μένωι ἤ χρησάμενος ἤ [ἀλ]λᾶι δεκσάμ[ενο]ς μὴ νυνατὸς εἴη αὐτ[ὸν ἀ]ποδόμην, τὸ ἁ[πλ]όον καταστασεῖ, cum tot aliis eiusdem tituli locis particula κα una cum coniunctivo legatur, lapicidae errorem hoc loco statuere non inauditum sit.)

v. 49. Ἀπ(έλλωνος τῶ Δ)ελ(φι)δίω: haec est genuina nominis forma Cretensibus usitata usquequaque in titulis obvia. (v. Δελφίδιος Blass. 5016, 20; ib. 5149, 13; ib. 5150, 46; 5155, 8. Forma Δελφίνιος in uno Dreriorum titulo occurrit.)

v. 49. τὰς δὲ exspectes, sed ν videtur recte Comp. legisse. Complures utrique oppido ponendas esse columnas saepius constituitur, cf. Blass. 5041.

v. 56. τὰν ὁδ)ὸν τὰν ΔΙΑΛΑΞΟΝ ἄγον(σαν κῆς . . .; διά[μ]αξον Boeckh; sed adcuratius definiatur oportet, quo via illa perrexerit (ἄγονσαν), idque non infuisse iis quae secuntur docet verbum

1) Observ. syntact. ad leg. Gortyn. pertinent., in ind. lect. Monast. mens. hibern. 1893—4.

2) Ber. d. Sächs. Ges. d. Wiss. 48 (1896) p. 30.

κῆς. Itaque praepositio διά agnoscenda est, unde pendeat nomen proprium.

v. 60. ὡς τῶ [γ]έρ[ρ]ω [τ]ήνω τῶ τεμένεος Boeckh, ὡς τῶ ΔΕΡΕΩΘΗΝΩ Blass.; sed neque ὡς ad sermonem tituti quadrat neque verborum structura satis perspicua est.

v. 74. Ἱστίαν: hanc in usu fuisse formam in parte insulae occidentem versa docent praeter nostrum tituli Latius Blass. 5079, 7 et Gortynius ib. 5024a 60 et b 76 (Ἑστίαν in solo Drer. tit.).

ib. formam Κρητογενία Chishullum secuti retinuerunt Boeckh, Comp., Blass; Κρηταγενία ut restituatur ratio grammatica postulat, id quod praeterea tot exemplis firmatur. (Gortyn. Blass. 5021, 19. Polyren. Iourn. hell. stud. XVI 178 n. 2 = BCH XVII 628, 5; in nummis aevi imperat. Polyren. Eckhel II 301, Svoronos numism. de la Crète I 284, Hierapytn. Head p. 397. Etiam Mylasae occurrit ἱερεὺς Διὸς Κρηταγένους καὶ Κουρήτων Le Bas Explicat. des inscr. p. 115 n. 394, 8. cf. etiam Marci diaconi v. Porphyrii p. 113 ed. Bonn.)

v. 75. Ἐλεύθυιαν restitui, ΕΛΕΥΣΙΝΑΝ fol. Ven. Ἐλευσίνη cognomen Cereris legitur nonnullis locis, sed neque dea ulla Ἐλευσίνη invenitur neque ipsa Ceres in ullo Cretensium urbium iureiurando occurrit. Solent in his invocari utriusque urbis di deaeque peculiares: iam vero Latios imprimis Ilithyiam coluisse scimus (cf. v. 48, Blass. 5149, 14; al.) eamque hoc loco desideramus: itaque Ἐλεύθυιαν restituendum est, praesertim si meminerimus folii Ven. editori hanc nominis formam prorsus ignotam fuisse: nam v. 48 Ποσειδῶνος apud eum legitur, quo loco Ἐλ[ε]υθ[υί]ας marmore firmatur.

v. 80. καὶ οὐ προλειψίω: καὶ omiserunt Comp. et Blass, qui a verbis οὐ προλειψίω apodosin incipere putare videntur, cuius protasis initium capiat inde a verbis καἴ τίς κα (79). Eadem de causa Boeckh ante καὶ οὐ προλ. inseruit verba [πολεμησίω ἀπὸ χώρας]. Tamen folii Veneti recensio verborum structuram exhibet integram: nempe illud καἴ τίς κα . . . ἐφέρπῃ protasis est eius enuntiati, cuius apodosis continetur verbo βοαθησίω, et verba καὶ οὐ προλειψίω eius quod sequitur enuntiati sunt.

De tituli aetate non recte olim iudicavit Boeckh sermonem paulo antiquiorem esse quam decretorum Teiorum. Is talis est

qualis in III et II saeculi monumentis Creticis esse solet neque maioris vetustatis speciem prae se fert quam titulus Latiorum et Olontiorum Deli repertus (Blass. 5149) vel Cnosiorum decretum ibidem repertum (5150), quorum utrumque saeculi II ad finem vergentis esse constat [1]).

Itaque cum e tituli sermone aetas certius definiri nequeat, tamen ex ipso argumento nonnulla colligi possunt: eandem prorsus condicionem et pacis et belli constituunt alter alteri. Adfixi sunt agrorum termini, de quibus controversiam fuisse concludas. Et iure miramur quod unius Latiorum regionis quam adcuratissime constituuntur fines, cum Olontiorum finium ea pars tantum definiatur, qua illos attingant. Olontiorum igitur opes videntur aliquatenus praevaluisse, cui rei convenit quod in utroque exemplo cum Latiorum iusiurandum ad verbum constitutum sit, deinde additur ὅρκος Βολοεντίων ὁ αὐτός. Plane eandem habemus condicionem in Olontiorum cum Lyttiis foedere (p. 51), quamobrem ad idem tempus utrumque rettulerim. Atque cum in foedere ab Eumene rege cum Cretae urbibus facto Lato urbs commemoretur, Olus omittatur, anno 183 et hic et Lyttius ille titulus recentior est (v. p. 54). Deinde v. 89 constituunt Latii et Olontii additamentum illud foederis προσγράψαι πρὸς τὰς π α ρ' α ὐ σ α υ τ ο ῖ ς στάλας neque illud ei columnae inscribunt, quam communem Cnosi posuerunt: unde pristinam amicitiam inter eos iam non fuisse colligas. Iam vero sub finem saeculi II Cnosii ab illis petunt (Blass. 5149, 3) δόμεν αὐτοῖς ἐξαρχίδιον τὰν ἐπιτροπὰν περὶ ὧν καὶ πρὸ τῶ, et Latii Olontiique κ ο ι ν ᾶ ι β ω λ ε υ σ ά μ ε ν ο ι illorum precibus obsecuntur. Itaque hoc tempore vetustior esse videtur titulus noster neque tamen ita multo illum superare [2]).

---

1) Id quod Ahrens Boeckhium secutus olim de titulo faciebat iudicium „Lat. et Ol. foedus **h o r u m** ut videtur dialecto usum" hodie refutari non necesse erit. Mero puto errori tribuendum esse, quod et G. Meyer et E. Herforth tituli nostri et recensionem Chishullianam (ex CIG) et marmor Venetum identidem ut duo et diversa monumenta laudent modo ex hoc modo ex illa depromentes exempla, quamvis uterque in praefatione unum idemque esse monumentum dixerit.

2) Contra titulum illum Deli repertum (5149) vetustiorem esse contendit Blass p. 337.

3. L y t t i o r u m e t O l o n t i o r u m f o e d u s, Blass. 5147. „fragmenta duo marmoris Pentelici in arce reperta. A a sinistra integrum videtur, B undique mutilum; praeterea litterae quae dextram versus ultimae fuerunt, prorsus evanuerunt." Koehler CIA II 1, 549; ex eo Blass. l. c.

Versuum amplitudinem circiter sexagenarum quinarum fuisse litterarum collegi e versibus A 5—7, B 6, 8—9, quorum supplementa certa puto. Duo fragmenta quin eiusdem tabulae sint nullam idoneam esse causam cur dubitemus contra Voretzschium (Hermes IV 266) recte Koehler et Blass contendunt.

A

. . . . . . ιο . . . κι
. . . ν δὲ καταλοιπ[
Λυττιος καὶ καταγρα[— — — — — — — — ἐξαγωγὰν δ' ἦμεν
τοῖς τε Λυττίοις ἐς Β[ολόεντος καὶ τοῖς Βολοεντίοις ἐκ Λύττου, κατὰ
γᾶν μὲν ἀτελεῖ, κατὰ θά-
λασσαν δὲ τὰ τέλια [καταβάλλονσι κατὰ τὸς ἑκατερῇ κειμένος νόμος.
— — — δὲ
καὶ τὰς ὁδὸς τὰς ξεν[ικὰς θίνας, τοῖς τε Λυττίοις ἐς Βολόεντα καὶ
τοῖς Βολεντίοις Λυτ-
τόνδε. αἱ δέ τίς κά τ[ινα ἀδικήσηι ἐν ταύταις ταῖς ὁδοῖς, ἀποτεισάτω
ἑξαπλόα τὰ πρόσ-
τιμα δίκαι νικαθέ[ς. ἐξορκιξάντων δὲ τὰν ἀγέλαν τὰν τόκα ἐσδυομέναν
ἐν ἑκατέραι πό-
λι οἱ κόσμοι ἐπ' αὐτῶν κ[οσμιόντων κατ' ἐνιαυτόν, παριόντων Λυττοῖ
μὲν Βολοεντίων, Βολόεν-
τι δὲ Λυττίων, τὸν ἐν τᾶι[δε τᾶι συνθήκαι γεγραμμένον ὅρκον. ἑρπόν-
των δὲ καὶ ἐς τὰς ἑορτάς,
οἱ] μὲν Λύττιοι ἐς Βολόεν[τα ἔς τε τὰ Θιοδάσια? καὶ ἐς τὰ Βριτομάρ-
τεια?, οἱ δὲ Βολ-
οέντ]ιοι Λυττόνδε ἔς [τε τὰ Περιβλήματα? καὶ ἐς τὰ Θιοδάσια. — — —
οἵ τε Βολοέν-
τιοι κ]αὶ οἱ Λύττιοι[— — —
. . . καὶ] θυόντων [καὶ τἄλλα κατὰ τὸ νομιζόμενον — — — ἐμμένον-
τες ἐν τ]αῖς προ[υπαρχόνσαις στάλαις ταῖς ἰδίαι τεθένσαις Λατίοις καὶ
Ὠλοντίοις?

— — π — — — — — — — — — — — — — — —

B

— — — — — — — — — — — — — — [αἰ δὲ μὴ πράξαιεν

οἱ κόσμοι, ἀ]π[οτεισά]ντων στατῆρας [πεντακ]α[τίος. πολιτεύεσθαι δὲ τός τε Λυττίος παρὰ
τοῖς Βολοε]ντ[ίοις κ]αὶ τὸς Βολοεντίος [παρὰ τοῖς Λυττίοις — — τὸν βωλόμε-
νον αὐτόν τε] καὶ τ[έκ]να ἐπὶ τῶν νομι[ζομένων — — — — —
— — — οις. ὅρκος Λυττίων. [ὀμνύω τὰν Ἱστίαν καὶ Τῆνα Κρηταγενία καὶ Τῆνα
Ταλλαῖον κ]αὶ Τῆνα Βιδάταν καὶ Τῆνα [Μοννίτιον καὶ τὰν Ἥραν καὶ Ἀθαναίαν Πολιάδα καὶ
Ἀπέλλω]να Πύτ[ι]ον [καὶ Λατὼν καὶ [Ἄ]ρ[τεμιν καὶ Ἄρια καὶ τὰν Ἀφροδίταν καὶ Ἑρμᾶν καὶ
Ἅλιον? κ]αὶ τὰν Βρ[ιτ]όμαρτιν καὶ τὸς ἄ[λλος θιὸς πάντας καὶ πάσας· ἦ μὰν ἐγὼ τοῖς Βολοεντίοις
ἐν τᾶι φι]λία(ι) καὶ [συ]μμαχίαι καὶ ἰσοπο[λιτείαι ἐμμενίω καὶ τοῖς ὅρκοις τοῖς ἐν τᾶιδε
τᾶι συ]νθήκαι γ[εγρ]αμμένοις ἐς τὸ[ν πάντα χρόνον ἁπλόως καὶ ἀδόλως, καὶ οὔ ποκα
προλειψί]ω τὸς Βολ[ο]εντίος οὔτ᾽ ἐν πολέμ[ωι οὔτ᾽ ἐν εἰρήναι, ἀλλὰ βοαθησίω παντὶ σθένει
ὥσπ]ερ ἐμὶν αὐτῶ[ι ὑ]πέρ τε θίνων κ[αὶ ἀνθρωπίνων πάντων, καὶ οὐδὲν κακο-
τεχ]νησίω, καθώ[ς] κα συνθιώμεθα κα[ὶ] ὁ[μολογήσωμεν, καὶ οὐδενὶ ἄλλωι ἑκὼν καὶ γινώσ-
κων ἐ]πιτραψίω π[αρε]υρέ[σει] οὐ[δ]εμιᾶ[ι οὐδὲ τρόπωι οὐδενί, καὶ τὸ δίκαιον δωσίω, καθὼς
κα αἱ π]όλιες συ[νθίωνται. εὐο]ρκ[ί]ον[τι ἐμὶν] τό[ς τε θιὸς, τὸς ὤμοσα, ἱλέος ἦμεν
καὶ ἦ]μεν πολ[λὰ καὶ ἀγαθά, ἐπιορ]κίο[ν]τ[ι δὲ τὰ ἐναντία. ὅρκος Βολο-
ε]ντίων ὁ αὐ[τός.

Adnotationes.

A. v. 4—7. Supplevi. cf. Lat. et Olont. foed. (p. 30) v. 15. — De rebus exportandis agi certum fit verbis v. 5 κατὰ θά]λασσαν δὲ τὰ τέλια.

v. 6. cf. Latior. foed. v. 36.

v. 8—10. Supplevi. De epheborum iureiurando quotannis cosmis accipiendo verba fieri adparet verbis οἱ κόσμοι ἐπ᾽ αὐτῶν κ[οσμιόντων, cf. titul. m. l. v. 20 sq. et adn. p. 41 sq.

v. 10—12. Supplevi. Olontiorum Θιοδάσια et Βριτομάρτεια intuli ex Lat. et Olont. foed. v. 42/3, Lyttiorum Περιβλήματα ex eorum cum Mallaeis foed. (Blass. 5100) v. 21.

B. Inter A et B quantum perierit incertum est. Fragmentum B incipere a poenis quas cosmi luant manifestum est. στατῆρας [ἑκατὸν] Voretzsch, sed apud Koehlerum sex litterarum post στατῆρας spatio exstat Λ, quamobrem [πεντακ]α[τίος] supplendum videtur: unde suspicari licet agi de iis puniendis, qui pro arra aliquid ademerint atque retineant (συλᾶν), cf. foed. Lytt. et Mall. mod. laud. v. 10 sq. αἰ δέ τίς κα συ[λάσηι·| ἀ]ποτεινύτω τό τε χρέος . . . [καὶ στατῆρ]ας ἑκατόν, ὁ δὲ κόσμος [π]ραξάντων . . . . αἰ δὲ μὴ πρά[ξ]αιεν ὁ [κόσμος, | ἀ]ποτεισάντων ἕκαστος τ[ῶ] κόσμο στα[τῆρας | πε[ν]τακατίος τᾶι πόλι, ὀπῶ κα συλάσ[ηι.

v. 2—4: Dreriorum titulo usus satis violenter versus restituere conatur Voretzsch. Agi potius de civitate vicissim danda collegerim ex formula αὐτόν τε] καὶ τ[έκ]να (ut recte hoc verbum Voretsch restituerit), quae in huius generis titulis saepius occurrit, cf. Axior. tit. Delphis repert. Blass. 5151, 9 πολίτας ἰὼν ἀμὸς αὐτός τε κα[ὶ τ]ὰ τέκ[να αὐ]τῶ.

v. 4 sq. Supplevi. Ii qui invocati sint di ex aliorum titulorum analogia satis certo restitui possunt: certis enim dis, qui in omnibus occurrunt, addi solent uniuscuiusque oppidi numina peculiaria (cf. Mus. Rhen. 56 p. 590; iuraiuranda Cretensium integra composita exhibet E. Ziebarth De iureiurando, Diss. Gotting. 1892 p. 24). Τῆνα Κρηταγενία et T. Ταλλαῖον ut Olontiis praecipue cultos intuli ex Lat. Olont. foed. v. 74—5, Τῆνα Μοννίτιον ut Lyttiorum proprium ex eorum cum Hierapytniis foedere (Blass. 5041). Atque optime hoc exemplum docet, quomodo haec Cretensium iuraiuranda omnium quae exstant Graecorum amplissima composita sint, videnturque Cretenses ab ipsorum perfidia se tueri voluisse eo quod quam plurimos invocarent deos. Iovis enim Monnitii fanum Mallae erat (v. decretum Mallaeorum Tei repertum Blass. 5184, 14); atque in Lyttiorum et Mallaeorum foedere (l. c. v. 19) constituitur, ut Lyttii cosmi quotannis Lyttiorum epheborum iusiurandum accipiant in ipsa Malla urbe „ad templum Iovis Monnitii“ eodemque modo Mallaei cosmi Mallaeorum epheborum Lytti in urbe. ([ναωσάν]των δὲ ὁ κόσμος κατ᾽ ἕκαστον ἐνιαυτὸν τὰν ἀγέλαν . . . οἱ μὲν Λύττι[οι ἐν Μάλ]λαι ἐπὶ Μοννιτίοι, οἱ δὲ Μαλλαῖοι Λυτ[τοῖ] ἐπ[ὶ — — —.) Iam vero

Iovem Monnitium invenimus in Lyttiorum et Hierapytniorum illo foedere, neque eum ab Hierapytniis cultum esse alii eorum tituli docent: itaque Lyttii eum M a l l a e o r u m deum, per quem quotannis ephebis Lyttiis iurandum erat, in suum ἐπιχώριον ὅρκον τὸν μέγιστον receperunt adiuraveruntque etiam tum, cum aliis urbibus fidem darent. Quamobrem nostro quoque loco eum restituendum puto.

v. 8 usque ad finem restituere conatus sum aliis eiusmodi foederibus collatis.

v. 14. εὐο]ρκ[ί]ον[τι supplevi. Inter κ et ο lacunam non indicat Koehler; tamen pro lapidis condicione (v. Koehleri praef.) ι inferre non dubitavi, cf. v. 15. ἐπιορ]κίο[ν]τ[ι.

In fragmento B cum enumerentur (v. 8) *φιλία καὶ συμμαχία καὶ ἰσοπολιτεία*, de foederis cuius sunt fragmenta quamvis exilia indole atque ambitu satis constat. Praeterea nonnulla fragm. A loci ad verbum fere concinunt cum Latiorum et Olontiorum foedere. Quaeritur de aetate. Anno 220, quo Lyttos urbs a Cnosiis diruta est (Polyb. IV, 53), antiquiorem esse tabulam adfirmat Voretzsch l. c. Sed Lyttios urbem deletam mox recuperasse certum est, et quidem ante annum 184, v. Polyb. XXIII 15, 1. Tertium foederis exemplum quia Athenis positum erat, Lyttios et Olontios Atheniensium usos esse amicitia efficitur, itaque ad belli q. d. socialis aetatem fortasse rettuleris titulum, quo Athenienses Lyttiis Polyreniisque favisse constat. Neque tamen inter eas Cretae urbes, quae tum a Lyttiorum stabant partibus, Olus numeratur, neque titulus saeculi II alteram partem multo superare posse videtur Koehlero. In foedere quod triginta Cretensium urbes anno 183 inierunt cum Eumene rege (Dittenb. I² 288) cum et Latii et Lyttii numerentur, Olontii desunt, itaque etiam hoc anno recentior titulus est. Eiusdem fere eum esse aetatis atque Latiorum Olontiorumque foedus, i. e. saeculi II alterius partis, putaverim (v. s. p. 50). Fortasse utrumque foedus referendum est ad maius illud bellum intestinum, quo Cretam arsisse post Ptolemaei Philometoris regis mortem docet titulus Itanius (Dittenb. Syll. II² 929, cf. s. p. 24 sq.).

Vita.

Natus sum P a u l u s Carolus Aemilius D e i t e r s Hermanni filius Conitzii in oppido Borussiae provinciae occidentalis Id. April. a. MDCCCLXXV matre † Agnete e gente Burkart. Fidei adscriptus sum catholicae. Litteris institutus sum in gymnasiis regiis et Bonnensi et Confluentino. Vere a. XCIII maturitatis testimonium adeptus Friburgium Brisgaviae me contuli philologiae operam daturus. Cum unum annum Friburgi aestatemque anni XCIIII Monachiae degissem, autumno eiusdem anni hanc universitatem adii, cuius civis fui usque ad ver anni MCM. Vere anni XCIX examine pro facultate docendi superato in seminarium paedogogicum gymnasii regii Bonnensis receptus eram, cuius per unum annum particeps fui, tum deinceps in gymnasiis regiis et Crucenacensi et Coloniensi q. d. Guilielmi imperatoris et inde ab autumno anni MCM in gymnasio urbano Coloniensi magistri vice fungebar. Autumno anni MCMII commeatu accepto Gottingam me contuli, ut hanc dissertationem conscriberem.

Docuerunt me v. cl. F a b r i c i u s H e n s e K l u g e B. S c h m i d t S c h u l t e S t u d n i c z k a T h u r n e y s e n Friburgenses, C h r i s t G r a u e r t P a u l W o e l f f l i n Monacenses, de B e z o l d B r i n k m a n n B u e c h e l e r D i e t z e l E l t e r K o s e r L i t z m a n n L o e s c h c k e M a r t i u s N i s s e n R a d e r m a c h e r R i t t e r S o l m s e n U s e n e r Bonnenses, E l i a s M ü l l e r Gottingensis. Buecheleri Elteri Useneri benevolentia factum est ut in seminarium philologorum Bonnensium reciperer, cuius per quater

senos menses sodalis fui ordinarius. In seminarium historicum benevole me admiserunt Fabricius Grauert Nissen. Exercitationibus ut interessem benigne concesserunt archaeologis Loeschcke, epigraphicis Buecheler Fabricius Thurneysen, philologis Brinkmann Buecheler Wackernagel (Gotting.), philosophis Martius. Quibus viris omnibus gratiam habeo maximam; imprimis Buechelero quantum debeam numquam obliviscar.

Sententiae controversae.

I. Sophoclis Antigonae vv. 747 sqq. ita dispono:
v. 747 (Nauck) AI οὐκ ἂν λάβοις ἥσσω γε τῶν αἰσχρῶν ἐμέ.
v. 750 KP γυναικὸς ὢν δούλευμα, μὴ κώτιλλέ με.
v. 751 AI βούλει λέγειν τι καὶ λέγων μηδὲν κλύειν;
v. 748 KP ὁ γοῦν λόγος σοι πᾶς ὑπὲρ κείνης ὅδε.
v. 749 AI καὶ σοῦ γε κἀμοῦ κτέ.
(vv. 750—1, qui in cod. Laur. post v. 755 leguntur, post v. 749 inseruit Nauck auctore R. Enger Philol. XXV 344 sq.)

II. Rhesi fabulae
a) delendi sunt vv. 221—2;
b) deletis vv. 341—2 versuque 339 post 335 inserto ita distribuendi sunt versus: 333 Ἕκτωρ, 344 χορός, 335 ἄγγελος, 339, 336 sqq. Ἕκτωρ.

III. In dialecto Cretica legitime adverbia loci in -ῆ, adverbia modi in -ᾶι desinebant, neque unquam ne recentior quidem sermo adverbia loci aut in -ηι (G. Meyer Gr. Gr.[3] p. 484) aut in -ᾶι (Herforth De dial. Cret., Diss. Hal. VIII p. 271) terminavit.

IV. Ου diphthongus pro volgari ευ positus, qui in nonnullis titulis Creticis recentioribus occurrit, iniuria a. G. Meyer aliisque etiam antiquiori dialecto vindicatur.

V. Titulis Creticis a Cyriaco Anconitano collectis neque F. Barozzi neque H. Belli usi sunt.

VI. a) In titulo CIG 2576 Churmuzae (Κρητικά 1842 p. 58) recensio M. Κλαυδίου praeferenda est Boeckhianae (ex Walpolio Memoirs p. 461—2 n. 5) Τι. Κλαυδίου.
b) In titulo CIG 2593 cum Baroccio (v. Ricci Mon. Ant. II 331, 7), Pocockio (Inscr. ant. I p. 43 n. 5), Churmuza (p. 90) legendum est ἀπὸ ὑπάτων (ἀνθυπάτων Boeckh ex Tournefortio Voyage du Levant I p. 75).

c) Titulum Hierapytnium CIG 2570 ex Baroccii codice Veneto Musei Correr recte restituit Teza Riv. di filol. XI p. 345 Ἀγριππίνου ταμίου τὸ β′ καὶ ὁροθέτου τὸ ι′. (Codicis olim Lolliniani nunc Vaticani 1759 lectionem Ἀγριππίνου τὸ β′ καὶ Δοροθέου Τι . . . ex Donii Inscr. ant. p. 88 n. 72 et ex Cornelii Cret. Sacr. I p. 34 exhibet Boeckh).

VII. Tituli Blass. (Dial.-Inschr. III) 5088 v. 1 ita restituendus est

Πράτωι μὲν [Σοάρχω γ]ενέται, Ἀσκλήπι’, ἔδειξας κτέ.,

eiusdemque tituli v. 5 cum Blassio ita legendus τῶι Ἀριστωνόμω⟨ι⟩ υἱῶι.

VIII. Foederis Rhodiorum et Hierapytniorum (Dial.-Inschr. III 3749) v. 91 ita restituo ὅρκια δὲ παρεχέτω ὁ ἱερω[ργός]. (Lacunam exhibent editores.)

IX. Iusiurandum Dreriorum (Dittenberger Syll. II[2] 463, Blass 4952) non eo tempore, quo Cretica dialectus etiamtum vigebat, sed postea memoriae causa (cf. v. 137 = d 10) ab homine dialecti non satis perito lapidi incisum est, qui vetustatis colorem efficere studuit obsoletis vocibus, quae de dialecto Cretica quaerenti prorsus neglegendae sunt (velut Ποίτιος, infinit. in -ηιν, al. — Saeculo II. a. Chr. tribuit Blass l. c.).

X. Ciceronis „De consolatione“ vel „De minuendo luctu“ libri Crantorem Academicum fuisse auctorem demonstrari nequit.
